John Adams Library,



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF No
ADAMS
245.8

Jer. Gridley
John Adams

THEODORI TRIGLANDII
J. U. D. & Profeſſoris

PÆDIA JURIS,


SIVE

EXAMEN INSTITUTIONUM,

Nova arte & Methodo concinnatum, ita ut locis difficilioribus vice Commentarii inſervire poſſit:

Continuato Indice Titulorum adjecto.

Accedunt huic Editioni Index Titulorum Alphabeticus & Catalogus Vett. JCC. ordine Chronologico.



OXONIÆ,
E THEATRO SHELDONIANO, MDCCX.

ADAMS
245.8

Imprimatur,

GUIL. LANCASTER

Vice-Can. *Oxon*

Sept. 5.
1710.

Illuſtribus, Generoſis ac Magnificis
DOMINIS,

D. D. GEORGIO RIPPERDA, Domino in VERWOLDE, Curiæ ſupremæ Ducatus *Gelriæ* & *Comitatus Zutphaniæ* Senatori, urbis & vicini territorii DOESBURGENSIS Judici.

D. D. GERHARDO NICASIO AB HELL toe de WILTBAEN, Curiæ Supremæ Ducatus *Gelriæ* & *Comitatus Zutphaniæ* itidem Senatori, urbis ARNHEMIENSIS Conſuli.

D.D. JOHANNI à WYNBERGEN, Supremæ ejuſdem Curiæ primario Senatori, ac Præſidi, feudorum Ducatus *Gelriæ* & *Comitatus Zutphaniæ* præfecto & Adminiſtratori, urbis HARDERVICENÆ Conſuli.

D.D. WULFF. AB HAARSOLTE, Domino de YRST, ejuſdem Curiæ Senatori, & ad *Conſilium Status* Fœderati Belgii delegato, urbis HATTUMENSIS Conſuli.

Academiæ *Gelro-Zutphanicæ*, quæ eſ

HARDERVICI,

CURATORIBUS

MERITISSIMIS,

Dominis, Patronis ac Mecænatibu

ſuis munificentiſſimis *S. Pl.*

Illuſtres, Generoſi, ac Magnifici

DOMINI,

ANNUS jam agitur *Decimus*, e quo beneficio & authoritate v ſtra in hanc *Academiam* voc tus, Juriſprudentiæ Profeſſionem ordin riam ſuſtinui, à quo tempore ita in h munere fui verſatus, ut non dubitem dem, diligentiam, & ſedulitatem mea omnibus & præcipue *Ampl. veſtr.* ſpect tam eſſe, nec minus probatam æquitati v ſtræ; Cum enim mihi *Inſtitutionum* exp candarum provincia demandata ſit, hoc iis enarrandis cumprimis operam dedi, quam maxime apta, clara, facili, ac pe ſpicua methodo uterer: atque ita prin pia ac fundamenta juris inculcarem, ut cile eſſet provectioribus, iis principiis ac fu damentis, quam maxime aptas, certas, firmas juris concluſiones ſuperſtruere.

Q

Qua in re cum aſſidue exerceor, multa obſervavi quæ eſſent notatu digniſſima, ac ad faciliorem & meliorem *Inſtitutionum* intellectum facerent, ea omnia per formam *Examinis* conformanda, ac deſcribenda curavi, non ſolum ut diſcipuli mei haberent aliquod *Compendium*, quo tanquam *Ariadneo* filo in hoc vaſto Juris *Labyrintho* ſtudia ſua regerent: verum etiam ut *Candidati* Juris, quorum magna hactenus in hac *Academia veſtra* fuit frequentia, aliquod ſpecimen haberent, quo ſe poſſent ad futuram luctam præparare.

Quanquam autem hæc mea non tanti viſa ſint, ut publicam lucem aſpicerent, tamen cum quotidie multi libri paſſim edantur, ac ſemper aliquid novi deſideretur, viſum eſt & hæc in publicum emittere, ſi forte alicui placere aut utilia eſſe poſſint.

Etſi enim complures eruditione præclari & fama nobiles hoc idem argumentum tractarint, tamen hoc non impedit, quo minus idem alio modo aliaque forma proponi poſſit: *Namque*, ut alicubi eleganter Quintilianus ait, *non eſt ſemper deſperandum, aliquid illis, quæ dicta ſunt, melius poſſe reperiri; neque adeo jejunam aut pauperem naturam, ut una de re bene dici niſi ſemel non poſſit; niſi forte hiſtrionum multa circa voces eaſdem variare geſtus poteſt; ſcribendi minor vis, ut ſcribatur aliquid, poſt quod*

in eadem materia nihil ſcribendum ſit.

Hanc igitur opellam meam qualemcunque viſum eſt *Nob. Ampl. veſtr.* inſcribere, ut ſimul ſpectatus eſſet meus animus, ſpectata debita mea erga vos obſervantia; ſic enim abunde in eo munere, quod mihi officii mei ratio præſcribit, opinione mea ero conſecutus; multa enim ſunt quæ me ad hoc præſtandum impulerunt.

Imprimis *dignitas veſtra*, merita in *Academiam*, cujus & nos pars ſumus; nonnulla *mea conditio* privatim cum meritis veſtris conjuncta.

Imprimis *dignitas*; quia enim in altiſſimo dignitatis gradu conſtituti Reip. adminiſtrandæ præpoſiti eſtis, vel hoc ſolum ſatis cauſæ eſſe poterat, cur hoc à me *Ampl. veſtr. dignitas* videatur poſtulare; nec exigendi ratio poterit obſcura eſſe reputantibus, quantum ſit illud beneficium, quod ab inſigni opera & cura veſtra profectum manat ad omnes.

Academia ipſa quid vobis debeat, ultro nec invita de ſe profitetur; etſi enim inſtitutione, auctoritate, & præſidiis communibus ornata eos auctores, & defenſores agnoſcit, quos oportet; tamen eam ita voluiſti eſſe veſtram propriam, ut non aliter, quam partem optimam & Nobiliſſimam *Reip.* in tutelam & curam veſtram communem ſuſciperetis; Cujus curæ & adminiſtrationis eos

qu

qui publicis ſtipendiis in hac *Academia* docent, adeo non pœnitet, ut in eo ſtudium veſtrûm in *Remp.* cum fide & conſtantia conjunctum experiri ſe omnes fateantur; quo nomine publica ſtudia, & bonas arteis, earumque ſtudioſos, perpetua pietate & obſervantia vobis devinxiſtis.

Mea autem privatim conditio quid hic à me exigat, ſatis me admonet; quanquam enim non inficier, eos, qui ſtudiis juvandis in *Academiis* neceſſariam & utilem operam impendunt, quovis honore dignos videri, iiſque ſæpe plus debere *Academias*, quam ipſos *Academiis*; tamen non ita male conſcius ſum meæ tenuitatis, ut non meminerim quiſquis hic ſum, certe hoſpitem me eſſe apud vos, cui plura quam indigenis & civibus conditio ipſa neſcio quomodo imponat; idque eo magis quod hujus conditionis vinculum beneficia veſtra multis modis auxerunt; nam vel hoc ipſum ſentio non exigui beneficii loco mihi numerandum, quod vobis viſum eſt hoſpitem me exigua eruditionis fama commendabilem, ut vocatum amanter, ita venientem omni benevolentiæ ſignificatione fovere & complecti; quibus acceſſit liberalis & prompta erga me voluntas in iis omnibus præſtandis, quæ beneficio communi liberaliter conſtituta ſunt; quæ omnia beneficia niſi tacitus mecum recognoſcam, ingratus ſim; ſed quoniam

hæc

hæc mea voluntas hactenus ſpectata non eſt, velim, quæ *veſtra æquitas* eſt, ſic de me judicetis, neque mihi debitam erga *vos* obſervantiam, neque obſervantiæ par teſtandi ſtudium, ſed teſtari cupienti facultatem, & occaſionem defuiſſe: Quam cum nunc res & tempus obtulerint, eam oblatam cupide arripui, ſimul in eo veſtrum exemplum imitatus, ut quoniam benefaciendo publice præiretis, ego pro virili agnoſcendo mutua pietate ſubſequerer; Cumque nihil haberem melius, quam ut darem operam, ut inſigniori aliquo teſtimonio hæc ipſa exſtaret; adhibui hunc *libellum interpretem*, qui publice apud alios privatim apud *vos* hac opera fungeretur.

Hoc igitur qualecunque meæ erga vos obſervantiæ teſtimonium ſerena fronte accipite, quod quidem ſi ex ſe æſtimetur, leve eſt; ſin ab animo offerentis, eſt cur de mutua benevolentia *veſtra* ſibi audeat omnia polliceri: Eſt enim ab animo integro, eodemque *veſtræ dignitatis* ſtudiſiſſimo, quique ſe totum *Nob. Ampl veſtr.* conſecravit.

Valete *Viri Ampliſſ.* & diu perennate. HARDERVICI pridie Cal. Mart. 1671.

Nob. Ampl. veſtr.

Humillimus & addictiſſimus Servus

THEODORUS TRIGLANDIUS.

LECTORI BENEVOLO.

INſtitutionum Juſtinianearum *libellum longe omnium, qui de jure conſcripti ſunt, utiliſſimum eſſe & præſtantiſſimum unicuique ſatis conſtat; Itaque illi, meo judicio, operæ pretium faciunt qui in eo perlegendo, meditando, & ruminando aſſidue verſantur*: Ut enim cibos manſos ac prope liquefactos dimittimus, quo facilius digerantur, *teſte Quintiliano*; ita lectio non cruda, ſed multa iteratione mollita, & velut confecta memoriæ imitationique tradenda; *Quare hic* libellus *ſtudioſæ legum* Juventuti *diurna ac nocturna manu verſandus, ac quaſi totus memoriæ mandandus, cum prima ac præcipua totius Juriſprudentiæ præcepta ac elementa contineat.*

Rectum enim & accuratum Juriſprudentiæ ſtudium in ſolida principiorum & fundamentorum cognitione, atque in prudenti eorum ad uſum applicatione potiſſimum conſiſtit; horum prius in ſcholis *diſcitur, poſterius in* foro *atque in ipſis rerum argumentis: Sed proh dolor! principia illa ſæpius negliguntur, & plures abſque* Helice

& Cynoſura *in vaſto illo juris* Oceano *vagantur: Idque ideo accidit, quod neglecto Inſtitutionum textu, interpretes ut plurimum inſpiciuntur, & plus hodie uni aut alteri* Commentario *hujus vel illius auctoris, quam ipſi limpidiſſimo hujus libelli* fonti *tribuitur; Qui cum fere magis ad pompam & oſtentationem, quo plura ſcire videantur, quam ad uſum, ſcribant, inde etiam non niſi incerta & confuſa, & variis opinionibus fluctuans naſci potuit ſcientia. Ita factum ut ſtudium juris, quod alias per ſe facile eſſet & in medio poſitum atque jucundiſſimum, factum ſit difficile, abſtruſum, adeoque tædioſum, tractatu durum atque injucundum; hinc multi deſperatione ac tædio affecti vel hoc ſtudium deſerunt, vel ſi perſeveraverint, raro ac non niſi ſumma cum difficultate ad ejus veram ac rectam notitiam perveniunt.*

Quoniam vero mei eſt officii, ut à deviis ad rectam ſemitam cupidam legum juventutem ducerem, hoc potiſſimum conatus ſum, ut tam publice quam privatim, quam maxime certa & ſolida juris principia inculcarem; in eoque potiſſimum ſecutus ſum ductum Julii Pacii *Præſtantiſſimi illius* JCti *in* aurea *illa ſua & nunquam ſatis laudata harum* Inſtitutionum Analyſi; *qui ſi nihil aliud in jure præſtitiſſet, tamen vel hoc ſolo nomine optime de* Juriſprudentia no-

ſtra

ſtra *meritus dici poſſet. Qua in re dum aſſidue verſor, ex* Collectaneis *&* Adverſariis *meis confeci hunc libellum, quem nunc ſub titulo* Examinis *publici juris facio; in quo præcipue diligenter, quoad fieri potuit, ſecutus ſum* Methodum *prædicti* Pacii *in ſupra laudata* Analyſi *expreſſam.*

Hunc enim ordinem ſervare conatus ſum, ut primo *continuationem tituli præmitterem,* deinde *poſt ipſam continuationem* definitionem *rei, ut appareat quid ſit illud de quo diſputetur; hoc maxime obſervato, ut* diviſio totius tituli *in certas partes ſuo loco collocetur: ut ſic facillime* totus titulus *memoria comprehendi poſſit. Non paucas* dubitationes *&* quæſtiones *diſſolvi, quæ ex ipſo* textu *fluebant, longe petitas non attigi, ne nimis evagarer; Eaque omnia per formam* Examinis *diſpoſui, tum ut hac ratione per interrogationes ſtudioſa juventus attentior fieret, tum etiam ut hac quaſi* Idea Candidati Juris *ad* Examen *ſe præpararent.*

Non ignoro etiam alios doctrina & fama celebres hoc idem argumentum tractaſſe, inter quos ſunt Wolfius, Perezius, Corvinus, *quorum in eandem formam extant egregia monumenta, quæ omnium manibus teruntur; hoc tamen nequaquam me à ſcribendo deterruit, nam illi* ſuam Methodum *ſecuti ſunt, ego* meam, *illi ſuo more ſcripſerunt, ego meo; Unuſquiſque ſuo more ſcribit,*

bit, Palma *in medio poſita eſt, quæ illi tribuenda qui melius & propius ſcopum attigit, id quod tuo judicio relinquo.*

Hiſce Vale, *& meis conatibns fave, quos ſi tibi gratos eſſe cognovero, ad majora audenda animum addes.*

PRAE-

PRAEFATIO

IN

Editionem Oxonienſem.

CUM Inſtitutiones Juris *Triglandianas Guil. Lancaſtrio*, illuſtri Viro, atque harum rerum, ut & Eruditionis omnis eximie perito, vehementer arridere intellexeram; cumque libellum, praeſertim apud nos, rariorem eſſe jampridem animadverteram, dedi operam non ſegniter, ut in plures manus quamprimum perveniret, idque emendatiſſime. Eſt Opuſculum ſine controverſia pereruditum, & uſibus cupidæ Legum juventutis adprime accommodatum. Auctor enim *Julium Pacium*, Virum doctiſſimum, & Interpretem *Juſtiniani* omnium praeſtantiſſimum, ante alios, ſecutus, non modo *univerſum Jus Civile* ſummatim expoſuit, verum etiam difficiliores identidem in eo *Quaeſtiones* breviter, ſed dilucide explicuit. Quo igitur plenius hac editione Studioſam Juventutem demererer, Locos omnes, à noſtro laudatos, cum *Inſtitutionibus*, *Pandectis*, *Codice*, *Novellis*, *Feudorum Libris*, *Jure Canonico* & aliis

Scriptoribus

Scriptoribus diligenter adeo contulerim,ut,ſi quis, perlecto hoc Libello, Theſauros iſtos recludere geſtiat, *Triglandium* hac etiam in parte Ducem habeat, me Fidejuſſore, certiſſimum. Praeterea, ut aliqua ſaltem *Veterum Juriſconſultorum* notitia imbuantur adoleſcentes, *Catalogum* eorum adjeci; brevem quidem illum, ſed uſum ſuum, uti ſpero, habiturum. Vale.

Oxon. è Coll. Reg. IV. *Cal.* *Octob.* MDCCX.

CATALOGUS
Veterum Juriſconſultorum
Ordine Chronologico.

Q. *Mucius Scaevola*, Juriſconſultorum, Cicerone judice, eloquentiſſimus. Primus eſt, qui Jus Civile in Artem redegit.

Q. Cornelius Maximus, ab eodem Cicerone laudatus. ſcripſit ad Legem Falcidiam.

Alfenus Varus, Cremonenſis. Collectanea ejus laudantur ab A. Gellio. Meminit Alfeni etiam Horatius.

Antiſtius Labeo, Juriſperitorum ſub Auguſto Princeps. Probabilium libros & alia edidit.

Aelius Gallus, ſub eodem Auguſto. Scripſit de ſignificatione Verborum.

Maturius Sabinus, ſub Tiberio. Memorialium Libros & alia plura Litteris conſignavit.

Licinius Proculus, Praetorio ſub Othone Praefectus. Scripſit notas ad Labeonem & alia.

Pegaſus, ſub Veſpaſiano praefectus Urbi fuit. Laudatur à Juvenale.

Neratius Priſcus, ſub Trajano. Libros Regularum edidit cum pluribus aliis.

Jabolenus, ſive *Javolenus*, *Priſcus*, ſub eodem Trajano & Hadriano. Plurima ſcripſit.

Publius Juventius Celſus eodem tempore floruit. Inſtitutionum Libros XXXIX. & alios ſcripſit.

Salvius Julianus ſub Hadriano claruit. Librum de Dotali Praedio & alios quamplurimos edidit.

Aburnius Valens, Javoleni ſucceſſor. Fideicommiſſorum Libros ſcripſit.

L. Voluſius Maecianus Antonino Pio à Conſiliis. Reliquit, inter alios, Libellum de Aſſe, qui etiamnum extat.

Ulpius

Ulpius Marcellus ejuſdem Antonini familiaris. Scripſit de Officio Conſulis, & alia quamplurima.

Titus Caius inclareſcere coepit Hadriani temporibus; non Theodoſii, ut male Jo. Bertrandus.

Cervidius Scaevola M. Antonino Philoſopho à Conſiliis. Reſponſorum Libros & alia edidit.

Papyrius Juſtus Codicem Papyrianum ſcripſit, in quo Conſtitutiones Antonini & Veri apparuiſſe credibile eſt.

Tarrutenus Paternus ſub Commodo Praefectus Praetorio fuit. Militarium Libros ſcripſit.

Terentius Clemens, ſub Septimio Severo. Edidit Libros XX. ad Leges.

Calliſtratus, ſub eodem Severo & proximis Impp. Libros reliquit Cognitionum & alios.

Julius Gallus Aquila, Calliſtrati æqualis. Reſponſorum Librum edidit.

Aemilius Papinianus, ſub Septimio Severo clarus. Scripſit Quaeſtionum Libros XXXVII. Reſponſorum XIX. Definitionum II. & totidem de Adulteriis, de Jure Aedilitio I. *Primus * omnium Juriſconſultorum, qui fuerunt vel futuri ſunt, quem nemo unquam Juris ſcientia ſuperavit, nec in poſterum aequare poterit.* Juri dicundo præfuit Eboraci; id quod obſervatum vellem in honorem Britanniae.

Domitius Ulpianus ſub Alexandro Mammaeae Praefectus Praetorio fuit. Diſputationum Libros & alios quamplurimos edidit.

Julius Paulus, Ulpiani aequalis. Hunc Romanum fuiſſe contra J. Bertrandum oſtendit L. Pignorius. Receptarum ſententiarum Libros & alios bene multos conſcripſit.

Publius Furius Anthus, ſive *Antianus*, Pauli aequalis.

Sextus Pomponius, Romanus, Papiniani diſcipulus & Alexandro Severo à Conſiliis fuit. Lectionum ad Q. Mucium Scaevolam libros XXXIX. cum pluribus aliis, ſcripſiſſe eum legimus.

Junius, ſive Julius, Mauricianus, ſub eodem Alexan-

* *Verba ſunt Cujacij.*

dro

dro Severo. Libri de Pœnis, quos huic Mauriciano adſcribit *Labittus*, Modeſtino ab aliis tribuuntur.

Florentinus iiſdem temporibus claruit. Inſtitutionum Libros XII. conſcripſit.

Claudius Venuleius Saturninus ſub Alexandro Severo celebris. Inter alia Stipulationum Libros XIX. exaravit.

Tertullianus, qui circa haec tempora floruiſſe exiſtimatur, Librum de Peculio Caſtrenſi edidit.

Aemilius Macer Militarium Libros ſcripſit. Alius eſt ab Hiſtorico & Poeta, qui illum Alexandri Severi temporibus florentem aetate praeceſſerunt.

Herennius Modeſtinus Reſponſorum, Regularum, Differentiarum & Excuſationum Libros & alios bene * multos edidit. Alexandri Severi Conſiliariis adnumeratur à Lampridio.

Hermogenes ſive, ut in Pandectis appellatur, *Hermogenianus*, Modeſtini aequalis, Epitomarum Juris & Fideicommiſſorum Libros conſcripſit. Chriſtianus fuit ex ſententia Joan Bertrandi, viri Doctiſſimi.

Licinius Rufinus, nobilis eadem tempeſtate Juriſconſultus. Hic etiam Chriſtianus fuiſſe videtur.

Aelius Martianus, Rufini aequalis. De Appellationibus Libros II. & de Publicis Judiciis totidem reliquit, cum nonnullis aliis.

Claudius Tryphoninus, ſive *Tryphonius*, Papiniani diſcipulus. Scripſiſſe eum conſtat Diſputationum Libros XXI. Et Notas ád Digeſta Scaevolae.

Arius Menander Alexandro etiam Severo à Conſiliis. Scripſit de Re Militari Libros IV. Diverſus à Menandro Ciceroni Memorato.

Africanus, Scriptor, ut perhibent, ſubtilis & difficilis, diverſus à S. Caec. Africano ab A. Gellio laudato. Quaeſtionum Libros IX. edidit. Papiniani, viri Summi, fuit diſcipulus.

Aurelius Arcadius Chariſius Libros ſingulares conſcripſit de Teſtibus, Officio Praefecti Praetorio, & Muneribus Civilibus. Syriae praefuit ſub Diocletiano.

* Extát liber ejus περὶ εὑρηματικῶν, Comm. H. Brenckmanni. L. B. 1706. 8.

His

His etiam temporibus claruit *Gregorius* auctor Codicis Gregoriani, ut & *Hermogenes* Hermogeniani, quorum Titulos collegit Petrus Gregorius Toloſanus, Fragmenta vero J. Sichardus. De Codice Theodoſiano alibi fuſius dicemus.

Juriſconſulti fere omnes, de quibus hactenus egimus, apparent in Indice Graeco Pandectis Florentinis praemiſſo; ſed video alios paſſim & in Legibus & ab Auctoribus Veteribus citatos, quorum nomina & Tempora breviter adpoſuiſſe ſufficiat.

I. Ante Auguſti Imperium Juris ſcientia celebres fuere *Sextus Aelius*, Ennio laudatus, auctor Juris Aeliani. *Junius*, vel *Julius*, *Gracchanus*, C. Graccho familiaris, ſcriptor Librorum de Poteſtatibus. *Cato* M. Porcii Filius, cujus Libri xv. de Juris Diſciplina olim ferebantur. *Brutus*, Bruti Pater qui Caeſaris parricidio interfuit, auctor Librorum III. de Jure Civili. *Q. Aelius Tubero*, aequalis Luculli & Panaetii auditor, ſcripſit de Jure Venditionis; diverſus tamen à *Q. Tuberone* Pomponii. *C. Aquilius Gallus*, *Cajus Juventius* & *Aulus Caſcellius*, auditores Mucii Scaevolae: qui quidem Caſcellius ſcripſit Librum Benedictorum, qui Pomponii aetate extabat. *Servius Sulpicius Rufus*, Aquilii diſcipulus, quem CLXXX fere Libros reliquiſſe teſtatur Pomponius. Servium audiverunt *Publicius Gellius*, *Labeo Antiſtius* Labeonis Antiſtii pater, *Cinna*, *C. Ateius*, *Pacuvius*, *Flavius Priſcus*, *Aufidius Namuſa*, *Aufidius Tucca*, *Titus Caeſius*, *Alfenus Varus*, de quo ſupra, & *C. Aulus Ofilius*, V. Librorum Juris partiti auctor. A Cicerone laudantur Juriſconſulti inſignes *L. Valerius*, *Sextus Pompeius*, *M. Manilius*, qui praeter alia Leges Venalium Vendendorum compoſuit. *P. Rutilius Rufus* avunculus Cottae cujus laudantur Libri de Vita Sua. *Coelius Antipater* L. Craſſi praeceptor, *Fufidius*, *M. Coelius Rufus*, qui Aedilitium Edictum interpretatus eſt, & *C. Trebatius Teſta*, de quo vide Menagium.

II. Sub Auguſto floruere *Vitellius* Auguſti Procurator, *Varius Lucullus* junior Labeone, *Ateius Capito* qui ſub

ſub Tiberio ſenex obiit & Commentarios ſcripſit ad Leges XII. Tabb. *Druſus* denique Celſo memoratus.

III. Tiberii Imp. familiaris fuit *Coccejus Nerva*, ſectator Labeonis. Reliquit Filium ſibi cognominem, cujus Commentaria de Uſufructu & Uſucapionibus celebrantur. Sub Tiberio etiam claruere *Paconius*, *Blaeſus* & *L. Caßius Longinus*, qui ſcripſit Juris Civilis Libros X.

IV. Sub Nerone obiit *Servilius*.

V. Sub Othone floruiſſe perhibentur *Atilicinius* & *Vivianus*.

VI. Sub Trajano & Hadriano clari fuerunt *Minitius Natalis*, *Cartilius*, ſive *Catilius*, *Severus*, *T. Ariſto* qui de Furtis & alia ſcripſit. *Papyrius Fronto*, cujus Libri Decretorum, & Reſponſionum Libri III. Memorantur. *Urſeius Ferox*, in cujus Commentariis quaedam notavit Julianus. His temporibus floruiſſe exiſtimantur etiam *Sextus Pedius*, qui ad Edictum ſcripſit, alius utique à Pedio Perſii, ut & à Pedio Blaeſo Taciti; *Coelius* itidem *Sabinus* & *Puteolanus*, qui Libros Adſeſſorum ſcripſit.

VII. Sub Hadriano & Antonino Pio Vixere *Tuſcianus*, ſive *Tuſcius*, *Fuſcianus*, *Sextus Coecilius*, *Q. Saturninus*, *Laelius* quidam & *Valerius Severus*, *Octavenus* quoque & *Plautius Sylvanus*, & *Vindius*, qui de Praetoris Edicto & Detractione Falcidiae ſcripſit. diverſus eſt ab alio ejuſdem nominis ſub Alexandro Severo.

VIII. Septimii Severi Temporibus claruit *Cocceius Campanus*.

IX. Sub Alexandro Severo Juris ſcientia celebres fuerunt *Arianus*, diverſus ab Arriano Nicomedienſi ſub Hadriano & Ariano Severo auctore Librorum de Interdictis, *Favius Mela* qui ſcripſit Libros ad Edictum, *Maecius* denique quem cum Maeciano nonnulli confuderunt.

X. *Caius Flaccus* & *Falcinius*, J. Paulo memorati, ad certum aliquod tempus accurate referri nequeunt.

Ex his Auctoribus & aliis, quorum etiam Nomina

na interiere, *Tribonianus*, *Theophilus*, *Dorotheus*, * alii, juſſu Imperatoris *Juſtiniani*, Jus Civile concinnarunt.

Horum omnium nomina recenſet *Petrus Lambecius*, vir infinitae lectionis, in *Prodromo Hiſtoriae Litterariae*; à quo, ſi diutius vixiſſet, eandem Hiſtoriam, ab omnibus expetitam, à nemine adhuc perſcriptam, ſi non perfectam (id enim ab uno homine vix ſperandum) nobiliſſimis utcunque Acceſſionibus locupletatam habuiſſemus. Qui de JCC. Veteribus plura deſiderat, adeat *Joannem Bertrandum*, *Guil. Grotium* & *J. A. Fabricium*, virum longe eruditiſſimum.

* *Vide l. 2. §. qua omnia. C. de Vet. Jur. Enucl.*

AD
PROOEMIUM,
De Confirmatione Inſtitutionum.

Quis eſt ſcopus hujus proœmii?

Reſp. SCopus hujus proœmii eſt *Inſtitutiones* confirmare, id eſt, iis vim legum tribuere, & juvenes juris *ſtudioſos* ad earum lectionem adhortari.

Quot ſunt hujus proœmii partes?

Reſp. Quatuor: *primo* enim continet invocationem Nominis Divini; *ſecundo* ſalutationem; *tertio* epiſtolam; *quarto*, ſubſcriptionem.

Cur præmittitur invocatio Nominis Divini?

Reſp. Quia omnes noſtræ actiones ab ea debent incipere; nam eam principium, medium, & finem legum eſſe debere cenſet *Imp. Novell.* 85. *in pr. & Novell.* 109. *in pr.* id quod nec Ethnici ignorarunt: *A Jove principium*, inquit ille.

Quid in ſecunda parte obſervandum?

Reſp. In *ſecunda* parte *duo* notanda ſunt: *primo* varia *Auctoris* noſtri nomina.

Quænam illa ſunt?

Reſp. *Primo* à dignitate vocatur *Imperator*, non tanquam dux exercitus, ut in §. 3. *infr. de jur. perſ.* ſed ut *Imperii Romani* moderator.

Secundo ratione ſucceſſionis vocatur *Cæſar Flavius*, quia *Cæſaribus* & *Flaviis* in Imperio ſucceſſit; nam *Cæſaris* appellatio à *Cæſare* Imperii

perii conditore, ad eos qui in Imperio ſucceſſerunt tranſmiſſa eſt. *Nov.* 30. *in pr.*

Tertio, proprio nomine vocatur *Juſtinianus.*

Quarto, à gentibus devictis vocatur *Alemannicus*, *Gothicus*, *Francicus*, *Germanicus*, *Anticus*, *Vandalicus*, *Africanus.*

Ultimo, ab acclamatione populi dicitur *Pius*, *Felix*, *Inclytus*, *Victor & Triumphator.*

Quid eſt ſecundum, quod in hac parte notandum eſt?

Reſp Quod duas conditiones *Imp.* in iis requirit, qui hiſce *Inſtitutionibus* operam daturi ſunt; *primo* debent eſſe legum cupidi, ut fieri velint juriſperiti, ſcivit enim

Si cupidus fueris diſcendi, plurima diſces.

Secundo debent eſſe juvenes, ut poſſint progreſſu temporis & poſt *Inſtitutiones* aliis libris juris perlectis, evadere perfecti *ICti. nam dociliores ſunt juvenes quam ſenes. l.* 37. *ff. de ædil. edict.*

In tertia quid continetur?

Reſp. In tertia parte expoſiturus, cur has *Inſtitutiones* componi juſſerit, rem altius repetit, & *primo Imperatorem non minus egere legibus quam armis &c. hic in pr.*

Secundo oſtendit ſe utrique imperatorio muneri ſatisfeciſſe, & armis adverſus hoſtes, legibus erga ſubjectos uſum eſſe; illud probat teſtimonio *Barbarorum* quos bello vicit, & provinciarum quas ab hoſtibus recuperavit, hoc teſtimonio legum à ſe promulgatarum & compoſitarum. §. 1. *hic.*

Quis eſt ordo juris ab Imp. compoſiti?

Reſp. Hoc jus continetur *tribus voluminibus.*

Quod eſt primum volumen?

Reſp.

Reſp. Primum volumen eſt *Codex*, quo continentur conſtitutiones Romanorum Principum: *Juſtinianus* enim has conſtitutiones antea confuſas (quia partim erant in Codice *Theodoſiano*, partim in Codice *Gregoriano*, partim in Codice *Hermogeniano*, partim extra illos tres *Codices* vagabantur) in luculentam erexit conſonantiam, id eſt, in unum *Codicem*, quem de ſuo *Juſtinianeum* appellavit, apte redegit; libris enim & titulis pulchro ordine diſpoſitis diſtinxit, & nullam antinomiam reliquit. §. 2. *hic.*

Quod eſt ſecundum volumen?

Reſp. Secundum opus ſunt *Digeſta* ſeu *Pandectæ*, collectum ex veteris prudentiæ voluminibus, id eſt, ex *Juris Conſultorum* libris. Hoc opus *Imp.* vocat *deſperatum*, quia ſupra fidem humanam videbatur ex immenſis veterum voluminibus unum mediocre opus perficere, quod tamen ab *Imp.* noſtro brevi confectum eſt. §. 2. *verſ. tunc. hic.*

Quod eſt tertium volumen?

Reſp. *Tertium* opus ſunt *Inſtitutiones*, quas nunc præ manibus habemus.

Quo tempore hæ compoſitæ ſunt?

Reſp. Poſt editum primum *Codicem*, & compoſita *Digeſta.* §. 3. *in pr.*

Quorum opera Juſtinianus in his componendis eſt uſus?

Reſp. Trium miniſtrorum; hi vero ſunt *Tribonianus*, *Theophilus*, & *Dorotheus*. *Tribonianus* fuit quæſtor ſacri palatii, *Theophilus* & *Dorotheus* fuere juris Profeſſores, ille *Conſtantinopoli*, hic *Beryti. l.* 2. §. *quæ omnia.* 9. *C. de vet. jur. enucl.*

Quid in his Inſtitutionibus continetur?

Reſp.

Reſp. Non quod ab antiquis fabulis petitum eſt, ſed quod in ipſis rerum argumentis obtinet. §. 3. *verſ. ut liceat.*

In quot libros hæ inſtitutiones dividuntur?

Reſp. In quatuor libros, ut ſint totius legitimæ ſcientiæ prima elementa.

Quid in his quatuor libris expoſitum eſt?

Reſp. Et quod antea obtinebat, & quod poſtea deſuetudine inumbratum Imperiali remedio illuminatum eſt. § 5. *hic.* nam contraria juxta ſe invicem poſita magis eluceſcunt.

Ex quibus libris compoſitæ ſunt hæ Inſtitutiones?

Reſp. Ex omnibus *antiquorum Inſtitutionibus*. & præcipue ex commentariis *Caii ICti*, quem ideo *ſuum* appellat in §. 6. *hic.*

Ubi habetur harum Inſtitutionum confirmatio?

Reſp. In §. 6. *verſ. cum.* ubi eſt earum *recognitio* & *approbatio*; per quam factum eſt, ut quæcunque in iis continentur vim legum obtineant. *d.* §. 6. *verſ. cum tres.*

Ubi eſt adhortatio ad has Inſtitutiones perlegendas?

Reſp. In §. 7. *& ult.* cum enim oſtenſum ſit eas ab optimis viris compoſitas, ſumme utiles eſſe, & vim legis obtinere, conſequens eſt, ut accurate à *ſtudioſis* juvenibus legi & addiſci debeant.

In *quarta* parte tandem apponitur hæc *ſubſcriptio*: *Data Conſtantinopoli Divo Juſtiniano Perpetuo Auguſto tertiùm Conſule.*

AD

AD LIBRI PRIMI TIT. I.

De Justitia et Jure.

Omnis Diſciplina habet ſuum finem. Quis ergo eſt finis Juriſprudentiæ?

R. JURISPRUDENTIÆ atque adeo ſtudii juridici finis eſt juſtitia, ejuſque adminiſtratio. *Nov.* 30. *Cap.* 9. §. 1. *Novell.* 69.

Quid eſt Juſtitia?

Reſp. Juſtitia hic rectè definitur *conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi. pr. ic.*

Atqui hæc juſtitia non cadit in hominem, cùm nemo tam conſtanter juſtè agere poſſit, ut in nullo declinet à ſemitâ juſtitiæ, cùm etiam juſtus ſepties in die cadat. Prov. 24. *v.* 16.

Reſp. Juſtitia definitur prout eſt in ſe, & ab hominibus exercenda, non prout exercetur; etſi enim caſus & negotia varient, atque ideo homo ſæpe aberret à ſcopo, tamen hæc mutatio non eſt in ipſa juſtitiæ eſſentia & quidditate, quæ definitione explicatur, ſed in ſubjecto, id eſt in homine, qui modo juſtitiam modo injuſtitiam recipit. Juſtitia enim in ſe virtus eſt, quæ vult conſtanter perpetuoque jus ſuum cuique tribui

 ab

ab hominibus, & licet homo in juſtitiæ adminiſtratione ſæpe deficiat, non id ad juſtitiam, ſed hominis vitium eſt referendum, *Non enim qui Romæ fiat, ſed quid fieri debeat ſpectandum. l.12 ff. de off. præſ.*

Cur juſtitia hic dicitur voluntas, cum ſecundum canones logicos, quod eſt cauſa rei, aut pars, aut affectio, aut ſubjectum non poſſit eſſe illius genus, Cap. de genere Can. 14.

Reſp. Voluntas hic ſumitur per metonymiam ſubjecti pro adjuncto, pro voluntatis habitu.

Quid ſibi volunt hæc verba, jus ſuum?

Reſp. Per hæc verba *jus ſuum* intelligimus id quod cuique jure debetur, nam ipſum jus cuique tribui non poteſt.

Cur dicitur tribuendi & non tribuens?

Reſp. Quia Juſtitia eſt habitus, & ideo ab habitu tribuendi, & non ab actu definienda, cum habitus ſit perpetuus, actus autem & exercitium juſtitiæ non ſemper locum habeat.

Quotuplex eſt juſtitia.

Reſp. Duplex. Univerſalis & particularis.

Quid eſt juſtitia univerſalis?

Reſp. Juſtitia univerſalis eſt virtus obedientiam omnibus legibus ad publicæ ſocietatis conſervationem præſtandi, eaque concurrit cum omni virtute, eſtque nihil aliud, quam ipſa virtus quatenus dirigitur ad bonum commune & utilitatem publicam.

Quid eſt juſtitia particularis?

R. Eſt virtus ſpecie diſtincta à reliquis virtutibus, & ſub univerſali juſtitia continetur.

Quænam juſtitia hic definitur?

Reſp.

Reſp. Particularis, non univerſalis, etſi quidam contra ſentiant.

Quotuplex eſt juſtitia particularis?

Reſp. Duplex, diſtributiva & commutativa.

Quid eſt juſtitia diſtributiva?

Reſp. Quæ in præmiis & pœnis pro cujuſque merito diſtribuendis verſatur, & ſervat proportionem geometricam.

Quid eſt juſtitia commutativa?

Reſp. Quæ in commerciis æquabiliumque rerum permutationibus verſatur, & ſervat proportionem arithmeticam.

Illa ſcientia quæ hanc juſtitiam docet quomodo appellatur?

Reſp. Juriſprudentia.

Quid eſt juriſprudentia?

Reſp. Eſt divinarum atque humanarum rerum notitia, juſti atque injuſti ſcientia.

Atqui hæc definitio convenit etiam Theologiæ & Philoſophiæ.

Reſp. Juriſprudentia dicitur rerum divinarum ac humanarum notitia, non ſimpliciter, ſed quatenus in iis rebus de juſto vel injuſto diſponit, ac docet quid æquum vel iniquum ſit, ut, An res divinæ emi, an locari poſſint &c. earum vero proprietates & ſubſtantiam juriſprudentia non conſiderat.

Quot ſunt præcepta juris?

Reſp. Tria; honeſte vivere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere. §. 3. *hic.*

An non ſunt plura præcepta quam hæc tria?

R. Sunt quidem plura præcepta particularia; ſed

ſed hæc tria ſunt univerſalia, quibus reliqua omnia continentur & concluduntur, & unde fluunt atque originem habent, quo denique omnia referuntur & abeunt.

Quomodo hæc præcepta inter ſe diſtinguuntur?

Reſp. Primum reſpicit hominem quoad ſe: ut ſcilicet in omnibus vitæ actionibus modeſte ac decorè ſe gerat.

Secundum reſpicit primariò proximi perſonam, & quæ perſonæ ſunt propria, ſcil. vitam incolumitatem & libertatem, famam atque exiſtimationem, ſecundariò vero proximi bona. Itaque de qualibet injuria intelligi poteſt, quandoque offendatur proximi perſona, vel fama atque exiſtimatio, vel res.

Tertium præceptum res & facultates concernit, ne quis alterum vel contrahendo vel permutando decipiat, ſed ſuum cuique tribuatur ſive pœna ſit afficiendus quiſpiam, ſive præmio remunerandus.

An non primum præceptum pugnat cum regula juris quæ dictat, non omne quod licet honeſtum eſt l. 144. *ff. de reg. jur.*

Reſp. Quod non; nam id quod licet duobus modis ſumi poteſt, vel pro eo quod rectum eſt omni ex parte, etiamſi forte quid aliud fore laudabilius, & ita omne quod licet honeſtum eſt, vel pro eo quod pœnæ non ſubjacet, quamvis ſalva pietate & officiorum regulis fieri non poſſit, & ita non omne quod licet honeſtum eſt, ut ſcortari &c.

An non pugnat cum hoc præcepto, quod jure civili Concubinam habere liceat, & Lupanaria exercere? tot. tit. de Concubin. l. 2. *§.* 1. *ff. de pet. hered.*

Reſp

Reſp. Concubinatum & lupanaria jure civili on *permitti*, ſed majoris mali evitandi causâ *toleraris*.

An non pugnat cum ſecundo præcepto quod dicitur in Leg. 16. § 4. ff. de minor. in pretio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus ſe circumvenire.

R. Quod in illa lege non agatur de circumentione doloſa, qua quis alterum ex propoſito edit, ſed tantum de prudentia quadam œconomica, qua quis læditur ſolo eventu & re. *l.22. fin. & l.23. ff. Locat.*

Quomodo dividitur jus ſive ſtudium juris?

Reſp. Quod eſt vel publicum vel privatum.

Quid eſt jus publicum?

Reſp. Quod primario & principaliter ſpectat d ſtatum reip. ſacrorum, & reliqua eo pertinentia.

Quid eſt jus privatum?

R. Quod ad ſingulorum utilitatem ſpectat.

De quo jure hic dicendum?

Reſp. De jure privato; nam jus publicum nagis ad politicum, quam JCtum ſpectat.

Atqui in his libris tractatur etiam de nuptiis, teſtamentis, actionibus, & reliquis quæ ſunt juris publici.

Reſp. Dicuntur hæc juris publici, non quia rimario ad publicam utilitatem faciunt, nam antum pertinent ad privatorum commodum, ecundario vero ad publicam utilitatem, ſed dicuntur ideo publica, quia à publica authoritate lependent.

AD TIT. II.

De Jure Naturali, Gentium & Civili.

Ex quibus præceptis collectum eſt jus privatum?

R. EX præceptis naturalibus, vel gentium, vel civilibus.

Quid eſt jus naturale?

R. Jus naturale eſt jus quod, id eſt, cujus principia, natura omnia animalia docuit.

Quæ ſunt hujus juris propria?

R. Maris atque fœminæ conjunctio, liberorum procreatio & educatio.

Quid eſt jus gentium?

Reſp. *Quod naturalis ratio inter homines ſolos & communiter omnes conſtituit*; & cum ea ratio duplex ſit, etiam jus gentium duplex agnoſcitur, *primævum ſcil. & ſecundarium.*

Quid eſt jus gentium primævum.

Reſp. Jus gentium primævum eſt, quod ex ſimplici & nuda ratione compoſitum eſt: exemp. grat. *ut Deum colamus, parentibus & patriæ pareamus.*

Quid eſt jus gentium ſecundarium?

Reſp. *Jus gentium ſecundarium eſt, quod ex ratiocinatione profluit, cum ratio aliqua ſuperior tollit inferiorem*; Sic ſervitus eſt juriſgentium ſecundarii; nam per ſe eſt contra rationem naturalem ſimplicem quæ vult omnes homines liberos naſci, ſed cum major eſſet ratio ſatius eſſe hominem ſervare quam occidere, ſimplex ea ratio quæ volebat omnes homines liberos naſci, ſublata eſt per ſuperiorem.

Quid

Quid eſt jus civile?

Reſp. *Jus civile eſt quod quiſque populus ſibi* *ipſi jus conſtituit.*

Quot modis inducitur?

Reſp. Duobus modis; aut per inventionem, aut per informationem.

Quomodo per inventionem?

Reſp. Quando populus ſingularis aliquid invenit novi quod ante incognitum erat, ut literarum obligatio.

Quomodo per informationem?

R. Cum res quidem nota erat, ſed formam aliquam diſtinctam accipit, ut omnes fere contractus.

Quomodo ſecundo dividitur jus?

Reſp. In ſcriptum & non ſcriptum.

Quid eſt jus ſcriptum?

Reſp. Jus ſcriptum appellatur non quodcunque literis mandatum eſt, ſed quod publica authoritate literis mandatum eſt, ut eo melius innoteſcere poſſit.

Quot ſunt ſpecies juris ſcripti?

Reſp. Sex; Lex, plebiſcitum, SCtum, Principum placita, Magiſtratuum edicta, Reſponſa prudentum.

Quid eſt lex?

Reſp. *Lex eſt quod populus Romanus Senatorio Magiſtratu interrogante (veluti Conſule) conſtituebat.* §. 4. *h. tit.*

Quomodo hic vocabulum legis accipitur?

R. Lex hic accipitur ſtricte pro ſpecie juris ſcripti, cum alibi ita late accipiatur ut non ſo-

lum omnes juris ſcripti ſpecies, verum etiam jus non ſcriptum comprehendat, ut cum dicimus lex naturæ.

Quomodo lex late accepta definitur?

Reſp. *Quod ſit commune juſſum majoris poteſtatis ad tuendum reip. ſtatum ex bono & æquo conſtitutum.*

Cur Imp. in definitione legis utitur verbo præteriti temporis conſtituebat?

R. Quia cum populus Rom. Omne Imperium ſuum & poteſtatem in principem tranſtulerit. §. 6. *h. tit.* Jura amplius non condit, ſed hodie ſolus princeps hanc poteſtatem habet. *l. ult. C. de leg.*

Quid eſt plebiſcitum?

Reſp. *Plebiſcitum eſt quod plebs, plebeio magiſtratu interrogante, id eſt tribuno, conſtituebat;* eadem ratione qua ſupra hic utitur verbo præteriti temporis *conſtituebat.*

Unde plebs habuit tantam authoritatem, ut ipſius ſcita totum populum tenerent?

Reſp. Lege Hortenſia, quam tulit Hortenſius dictator, qua cautum ut plebiſcita non minus valerent quam leges, atque ita totum populum obligarent. *d.* §. 4. *in fin. verſ. Sed et.*

Quid eſt Senatuſconſultum?

Reſp. *Senatuſconſultum eſt quod Senatus jubet atque conſtituit, hic* §. 5. in hac definitione utitur verbis præſentis temporis, quamvis ſolus princeps jura condat, quia ea non condit niſi conſulto Senatu. *l.* 3. *C. de leg.*

Quid eſt Senatus?

Reſp. *Eſt Conſilium è ſelectis viris conſtans, quo nulli plebejo aditus eſt.*

Quæ

Quæ ſunt principum placita?

Reſp. *Sunt principum conſtitutiones*; quia quicquid principi placuit ut lex eſſet, legis habet vigorem. §. 6. *in pr. hic.*

Unde princeps hanc poteſtatem accepit?

Reſp. Per legem Regiam, qua lege pop. Rom. principi & in principem omne imperium ſuum & poteſtatem conceſſit.

Quot modis princeps jura condit?

Reſp. Tribus modis; vel per Epiſtolam, vel per Decretum, vel per Edictum. §. 6. *hic verſ. quodcunque.*

Quid eſt Epiſtola?

Reſp. *Eſt reſcriptum principis ad conſulentes miſſum.*

Quid eſt Decretum?

R. *Eſt ſententia à principe lata cauſa cognita.*

Quid eſt Edictum?

Reſp. *Quicquid ex ſua natura motus princeps, vel aliquo ſuggerente, ad honeſtatem & utilitatem ſubditorum proponit obſervandum.*

Principum Conſtitutiones quomodo diſtinguuntur?

Reſp. Hoc modo; quædam *perſonales* ſunt, quæ perſonam non egrediuntur, neque in exemplum trahuntur; ut, ſi cui princeps ob egregia in remp. merita immunitatem à vectigalibus conceſſerit, alius longe melius de Rep. meritus, non poſſet ſibi ex ea lege eandem immunitatem vindicare; Aliæ vero ſunt *generales*, quibus omnes proculdubio tenentur, & omnibus in rebus valent obtinentque. *eod.* §. 6. *verſ. plane.*

Quid de prætorum Edictis ſtatuendum?

Reſp. *Edicta prætorum non modicam obtinent juris authoritatem*, & hinc potiſſimum jus prætorium eſt, quod & honorarium appellamus. §. 7. *h. tit.*

Quid ſunt reſponſa prudentum?

Reſp. *Sunt ſententiæ & opiniones eorum, quibus permiſſum erat de jure reſpondere.* §. 8. *h. tit.*

Quid eſt ſententia?

Reſp. *Eſt certa & indubia reſponſio*; ut non licet heredem inſtituere in Codicillis.

Quid eſt opinio?

Reſp. *Eſt ſuſpenſa ac timida ac cum dubitatione elata reſponſio*; ut exiſtimo hoc fieri licere, exiſtimo hoc fieri non licere.

Quid eſt jus non ſcriptum?

Reſp. Quod tacito conſenſu utentium introductum eſt, & vocatur alio nomine *conſuetudo*.

Quænam requiruntur ad introducendum conſuetudinem?

Reſp. Hæc quinque; primo, *ut ſit rationabilis*, hoc eſt conveniat cum bono & æquo; ſecundo *actuum frequentia*; tertiò *temporis diuturnitas*; quartò *conſenſus populi*; quintò *ad conſuetudinem requiri videtur quod non ſit ſcripta*; quod verum eſt quoad ſui originem & introductionem, nam ſic ſcribi non poteſt, non vero quoad eventum & poſtquam introducta eſt, ita enim etiam in ſcripturam redigi poteſt:

Quot actus requiruntur?

R. Hoc judicis arbitrio relinquendum, cum non expreſſe legatur determinatum in jure.

An

An requirantur præciſe actus judiciales?

Reſp. Quod etiam ſufficiant extrajudiciales. *Opp. Leg. 34. ff. d. ll. ubi videantur requiri actus judiciales.*

Reſp. Quod in illa lege non agatur de conſuetudine introducenda, ſed de ea quæ eſt introducta probanda.

Quantum temporis ſpatium requiritur ad introducendam conſuetudinem?

Reſp. Idem Judicis arbitrio relinquendum.

Quæ eſt tertia juris diviſio?

Reſp. Quod aliud eſt *mutabile*, aliud *immutabile*.

Quod jus dicitur immutabile?

Reſp. *Quod divina quadam providentia eſt conſtitutum*; ita jus naturale & gentium dicitur eſſe immutabile.

Quomodo hoc intelligendum?

Reſp. Hoc accipiendum de ipſis principiis in Theſi, eiſque præceptis ex quibus jus naturale vel gentium conſtituitur; ipſum jus quidem immutari non poteſt, hoc eſt ipſa fundamenta quidem non tolluntur, ſed tamen ob incidentem & majorem rationem jus effectum ſuum aliquando habere non poteſt.

Quod jus dicitur mutabile?

Reſp. Jus Civile; nam vel conſuetudine, vel contraria lege lata tollitur jus civile.

Quot ſunt objecta juris?

Reſp. Tria, *perſonæ* ſc. *res* & *actiones*.

Quid eſt jus perſonarum?

Reſp. Quod agit de ſtatu & conditione perſonarum per ſe & directe.

Quod eſt jus rerum?

Reſp. Quod immediate & primario pertinet ad dominia, poſſeſſiones, & obligationes.

Quod eſt jus actionum?

Reſp. Quo agitur de remediis quibus obtinetur quod noſtrum eſt, & ab alio detinetur, vel quod alius ex cauſa obligationis nobis debet.

Quomodo dividuntur perſonæ?

Reſp. Perſonarum diviſio vel ſumitur à *natura*, vel à *jure gentium*, vel à *jure civili*.

Natura aut ſunt *maſculi* aut *fœminæ*, vel *puberes* vel *impuberes*.

Jure gentium aut *ſunt liberi* aut *ſervi*. tit. 3. hujus libri.

AD TIT. III.
De Jure perſonarum.

Quid eſt libertas?

R. *Libertas eſt naturalis facultas ejus quod cuique facere libet, niſi quid vi aut jure prohibetur.* §. 1. *h. tit.* hæc definitio ſervis non competit, quia ſervi omnia jure prohibentur agere, & illa naturalis facultas in ſervis impeditur.

Quid eſt ſervitus?

Reſp. *Eſt Conſtitutio Juriſgentium qua quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur.* §. 2. *h. tit. Conſtitutio Juriſgentium*, id eſt, res juregentium ſecundario conſtituta; *Contra naturam*, id eſt, contra naturalem libertatem, non vero contra naturalem rationem.

Unde dicti ſunt ſervi?

Reſp. *A Servando*, non à ſerviendo, cum ſervitutis

ſervitutis appellatio deſumpta ſit ab ejus prima origine. §. 3. *h. tit.*

Quibus modis ſervi fiunt?

Reſp. *Aut naſcuntur aut fiunt*; Naſcuntur ex ancillis noſtris, ſecundum regulam illam juris *partus ventrem ſequitur l.* 7. *C. de rei vind.* fiunt *aut jure gentium* ex Captivitate; aut *Jure Civili*; Cum liber homo major viginti annis ad pretium participandum ſeſe venundari paſſus eſt. §. 4. *h. tit.*

Eſtne inter ſervos aliqua differentia?

Reſp. Quod reſpectu ſtatus nulla ſit differentia, cum omnes ſervi ſint æque ſervi; Cum tamen reſpectu officiorum ſit multiplex: Sunt enim alii *ordinarii*, alii *vicarii*, *mediaſtini*, *cubicularii*, *atrienſes*, *textores*, *coqui*, *&c.* In liberis autem multæ ſunt differentiæ: aut enim ſunt *Ingenui* aut *libertini*; Libertini aut ſunt *cives Romani*, aut *Latini*, aut *Dedititii*, de quibus in §. *ult. tit.* 5. *de Libertinis.*

AD TIT. IV.

De Ingenuis.

CUM dictum ſit de ſervis, conſequenter dicendum erit de hominibus liberis, id eſt, *De ingenuis* & *Libertinis.*

Quid eſt Ingenuus?

Reſp. *Qui ſtatim ut natus eſt liber eſt*, id eſt, qui naſcitur ex matre libera propter dictam Regulam, *partus ventrem ſequitur*; Matrem autem liberam fuiſſe ſufficit, vel dum conciperet, vel minimo aliquo momento dum geſtaret in utero, vel dum pareret. *pr. h. tit.*

Ingenuo

Ingenuo manumiſſo officitne fuiſſe in ſervitute?

Reſp. Non; Nam non fit libertinus qui ex opinata, ſed qui ex vera & juſta ſervitute eſt manumiſſus: quæ enim ſimulate concipiuntur veritati non præjudicant. *l.* 1. *C. plus valere quod agitur &c.*

AD TIT. V.

De Libertinis.

Qui ſunt libertini?

Reſp. L*ibertini ſunt qui ex juſta, hoc eſt,* non putativa, *ſervitute manumiſſi ſunt.*

Quomodo diſtinguuntur à libertis?

Reſp. Libertini dicuntur reſpectu Status; liberti vero reſpective vel relative ratione patroni.

Quibus modis manumiſſio fit?

Reſp. Duobus modis generalibus aut *inter vivos*, aut in *ultima voluntate*; *inter vivos autem* quatuor modis, aut *in Sacroſanctis Eccleſiis*, aut *vindicta*, aut *inter amicos*, aut per *Epiſtolam.* §. 1. *h. tit.*

Ubi & quando manumiſſio fit?

Reſp. Ubique & ſemper, propterea quod manumiſſio non eſt juriſdictionis contentioſæ, ſed voluntariæ. §. 2. *h. tit.*

Quam libertatem omnes manumiſſi conſequuntur?

Reſp. Manumiſſi hodie omnes fiunt cives Rom. olim ſecus fuiſſe obſervatum patet ex hoc §. *ult.* Alii namque fiebant *cives Romani, alii Latini, alii Dedititii.*

AD TIT. VI.

Cui, & quibus ex cauſis manumittere non licet.

Quibus non licet manumittere?

R. NON licet debitoribus obæratis manumittere in fraudem creditorum; *qui nim in fraudem creditorum manumittit nihil git*, hoc eſt, ſi in fraudem creditorum manumiſſio ſit facta quoad creditores nullius eſt momenti, quoad manumiſſorem vero ejuſque heedem manumiſſio omnino procedit; idque cauum per *legem Æliam Sentiam. pr. h. tit.*

Suntne hujus regulæ aliquæ exceptiones?

Reſp. Imp. hujus regulæ duas exceptiones adjungit.

Quænam eſt prima exceptio?

Reſp. Quod is qui ſolvendo non eſt unum ex ſervis ſuis heredem inſtituere poteſt; §. 1. *h. tit.* Ratio hujus exceptionis eſt, ut homo obæratus heredem habere poſſit: Et hæc obtinent ſive ſervus heres ſit inſtitutus cum libertate, ſive omiſſa libertate. §. 1. *h. tit.*

Quænam eſt ſecunda exceptio?

Reſp. Niſi vel *re* tantum, vel *Conſilio* tantum fraudentur creditores; ut enim libertas impediatur opus eſt ut tam *Conſilio* manumittentis, quam re ipſa fraudentur Creditores. §. 3. *h. tit.* atque hæc continentur primo capite *d. legis Æliæ Sentiæ.*

Quid continetur *ſecundo capite?*

Reſp. Secundo capite prohibetur minor viginti

ginti annis aliter manumittere, quam vindicta, poſt cauſam manumiſſionis probatam in Conſilio, id eſt, apud prætorem pro tribunali. § 4. *h. tit.*

Quæ ſunt juſtæ cauſæ manumiſſionis?

Reſp. Exempla hic in contextu ſunt poſita. §. 6. *h.tit.*

Quid ſi falſa cauſa fuerit allegata an manumiſſio nulla eſt?

Reſp. Quod non; nam ſemel cauſa approbata ſive vera ſive falſa ſit, non retractatur. §. 6. *h. tit.* quod favore libertatis receptum eſt.

An hoc caput legis Æliæ Sentiæ adhuc hodie eſt in uſu?

Reſp. Hoc caput corrigitur §. *ult. hujus tit.* ubi conſtituitur, ut major ſeptendecim annis, id eſt, qui decimum octavum annum attigerit, & decimum ſeptimum impleverit, poſſit in teſtamento manumittere.

AD TIT. VII.

De lege Fuſia Caninia tollenda.

Eſtne & alia lex lata prohibens libertatem?

R. OLim lex *Fuſia Caninia* fuit lata, & eâ lege conſtitutus fuit certus numerus ſervorum in teſtamento manumittendorum, quamvis inter vivos quot quis vellet manumittere poſſet, & hanc legem Imp. ſuſtulit: Ratio eſt, quia inhumanum viſum eſt, *Vivos habere licentiam totam familiam libertate donandi, morituris autem eam ademptam eſſe. tot.h.tit.*

AD TIT. VIII.
De his qui ſui vel alieni juris ſunt.

EXpoſita eſt perſonarum diviſio à jure gentium ſumpta, ſequitur altera quæ ad jus ivile refertur, quo jure civili alii ſunt ſui juris, lii alieno juri ſubjecti.

Quinam dicuntur ſui juris?

Reſp. Qui ſunt ſuæ poteſtatis.

Quinam dicuntur alieno juri ſubjecti?

Reſp. Qui ſunt in aliena poteſtate; juris enim 'erbum hic nihil aliud quam poteſtatem deiotat.

In quotuplici differentia ſunt illi, qui alieno juri ſubjecti ſunt?

Reſp. *In duplici; vel enim ſunt in poteſtate arentum, vel dominorum.*

Quid eſt dominica poteſtas?

Reſp. *Eſt jus quod Domini habent in ſervos.*

Quomodo hæc poteſtas conſideratur?

Reſp Poteſtas Dominorum, alia eſt ex *jure entium*, cujus duo ſunt effectus, quod Dominus iabeat jus vitæ & necis, & quodcunque ſervus cquirat, hoc acquirat Domino ſuo. Alia ex *ure civili*, quo jure hæc poteſtas vitæ & necis lominis eſt adempta, nam ſi Dominus ſervum uum ſine juſta cauſa occiderit, non minus puiiri jubetur, ac ſi alienum ſervum occidiſſet, & ſi durius quam ut ferri poſſit tractaverit, bonis onditionibus, hoc eſt, juſto pretio vendere ogitur.

Atqui nemo cogitur emere aut vendere l. 11. *C. de cont. empt.*

Reſp.

Reſp. Hoc humanitatis cauſa ita receptum eſt, *nam intereſt reip. Ne quis re ſua male utatur.*

AD TIT. IX.

De Patria Poteſtate.

HActenus de Dominorum poteſtate, ſequitur patria poteſtas.

Quid eſt patria poteſtas?

Reſp. Eſt jus quod patres in liberos habent, ex juſtis nuptiis procreatos, vel legitimatos, vel adoptatos.

Quot igitur ſunt modi conſtituendæ patriæ poteſtatis?

Reſp. Tres; *Juſtæ nuptiæ, legitimatio, & adoptio.*

Quid ſunt juſtæ nuptiæ?

Reſp. *Nuptiæ ſive matrimonium, ſunt viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens.*

De qua conjunctione hoc eſt intelligendum?

Reſp. De legitima, ut includatur conſenſus parentum.

An hoc intelligendum de conjunctione animorum an Corporum.

Reſp. Hoc principaliter intelligendum, de conjunctione animorum, quam tamen veriſimiliter ſubſequi poteſt conjunctio Corporum, *Nuptias enim non concubitus ſed conſenſus facit. l. 30. ff. de R. I.*

An Ergo nuptiæ ſunt Contractus?

Reſp. *Propriè* quidem nuptiæ non ſunt contractus, quia non producunt obligationem & actionem,

actionem, ſed *improprie* tamen aliquando pro contractu accipiuntur, quatenus conſenſu contrahuntur.

Cur dicitur viri & mulieris *numero ſingulari?*

Reſp. Ad excludendam polygamiam cumulativam, non vero ſucceſſivam.

Quid eſt polygamia cumulativa?

Reſp. Eſt, cum quis uno & eodem tempore plures uxores habet.

Quid eſt polygamia ſucceſſiva?

Reſp. Cum quis uxore mortua aliam ducit, vel uxor viro mortuo alii nubit.

Quid ſignificant hæc verba, individuam vitæ conſuetudinem continens?

Reſp. Conjunctionem omnis fortunæ, & omnium quæ ad vitam pertinent, *domicilii, familiæ, rerum, caſuum.*

Sed quomodo dicitur individua conſuetudo, cum apud Rom. licita fuerint divortia?

Reſp. Hoc non eſſe accipiendum de eventu, ſed de intentione contrahentium, quamvis enim nonnunquam divortio matrimonia diſſolvantur, tamen hoc fit præter intentionem contrahentium, qui enim matrimonium contrahunt eo animo ſunt, ut velint eam conſuetudinem perpetuo durare.

Ut igitur liberi ſint in poteſtate noſtra, quæ ſunt requiſita?

Reſp. Hæc tria.

Primò ut liberi ſint procreati ex juſtis nuptiis, non vero ex concubinatu, aut illegitima conjunctione.

Secundò, ut parentes ſint cives Romani, nam hæc

hæc patria poteſtas eſt juris civilis. nulli enim alii ſunt homines, qui talem, id eſt, ejus formæ in liberos poteſtatem habent. §.2. *h. t.*

Tertiò, ut parentes ſint maſculi, & per lineam maſculinam aſcendentes. §. *ult. h. tit.*

Cur dicis ex maſculina linea?

Reſp. Quia, qui ex filia tua naſcuntur, non ſunt in poteſtate tua, ſed patris eorum.

AD TIT. X.
De Nuptiis.

Quæ requiruntur ut ſint juſtæ nuptiæ?

R. QUinque; *primò* ut contrahentes *ſint Cives Rom.* inter ſervos enim jure civili non dicitur *matrimonium* ſed *contubernium*.

Secundò, ut ſint *puberes*, id eſt maſculi majores 14. annis. Fœminæ majores 12.

Tertiò, ut ipſi contrahentes conſentiant.

Quartò, ut ſi filiusfam. vel filiafam. nuptias contrahere velit, *conſenſum habeant parentum quorum in poteſtate ſunt. pr. h. tit.*

Et quinto, Ne prohibeantur contrahentes propter cognationem, & affinitatem.

Sed quod dictum contrahentes conſentire debere, huic obſtare videtur l. 22. ff. de rit. nupt. *ubi filius dicitur patre cogente uxorem ducere.*

Reſp. Quod ibi agatur de metu *reverentiali*, qui non obſtat matrimonio, non vero de metu *violento*.

An non etiam in matrimonio contrahendo requiritur conſenſus matris?

Reſp. Quod requiritur quidem *de honeſtate*, non

non vero *de neceſſitate*, quoniam mater liberos non habet in poteſtate.

Obſtare videtur l. 20. C. de Nupt. *ubi etiam matris & propinquorum requiritur judicium.*

Reſp. Quod ille textus loquatur in caſu, quo pater eſt mortuus; & de *judicio*, non vero *conſenſu*, quod judicium non eſt de neceſſitate.

Quando hic conſenſus parentis interponi debet?

Reſp. Quod regulariter præcedere debet. *pr. hic.*

An non hic etiam ratihabitio locum habeat?

Reſp. Exiſtimo etiam in hac cauſa ratihabitionem locum habere poſſe, cum *omnis ratihabitio retrotrahatur ad tempus negotii geſti. l. fin. C. ad Maced.* etſi plures diſſentiant.

Atqui tum non præcedit patris conſenſus, quod hic expreſſe requiritur.

Reſp. Verbum *præcedere* accipi poſſe duobus modis; vel *vere* vel *ficte*, quamvis enim hic conſenſus in nuptiis non præcedat *vere*, tamen præcedit *ficte*, cum per *ratihabitionem* retrotrahatur ad tempus negotii geſti, & ita *ficte* præceſſiſſe intelligitur.

Quid eſt cognatio?

Reſp. Eſt *conjunctio ratione generationis inter eas perſonas, quæ ab eodem ſtipite deſcendunt.*

Quænam ſunt in omni cognatione ſpectanda?

Reſp. Duo; *Linea* & *gradus.*

Quid eſt linea?

Reſp. *Eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium.*

Quid

Quid eſt gradus?

Reſp. *Gradus eſt diſtantia unius perſonæ ab alia in eadem linea.*

Quotuplex eſt linea?

Reſp. *Duplex*; una *aſcendentium* & *deſcendentium*, quæ alias vocatur linea *recta*, altera *collateralis*.

Quinam dicuntur aſcendentes?

R. *Aſcendentes ſunt qui nos genuerunt*; ut pater, avus, & reliqui aſcendentes in infinitum.

Quinam dicuntur deſcendentes?

Reſp. *Qui à nobis geniti ſunt*; ut filius, nepos, & reliqui in infinitum.

Quinam dicuntur collaterales?

Reſp. Qui neque nos *genuerunt*, neque à nobis *geniti ſunt*, ſed ab eodem ſtipite originem ducunt, ut frater & ſoror.

Quænam regula eſt obſervanda in computatione graduum?

Reſp. De jure civili hæc una regula eſt obſervanda, *quot ſunt perſonæ, tot ſunt gradus una dempta*, vel *quot ſunt generationes tot ſunt gradus*; quæ etiam regula valet de jure canonico in *linea recta*, in linea vero collaterali, diſtinguitur *inter lineam æqualem & inæqualem.*

Quam vocas æqualem?

Reſp. *In qua uterque æqualiter diſtat à communi ſtipite*; ut duo fratres & fratrum filii.

Quam vocas inæqualem.

Reſp. *In qua unus remotior eſt, alter vero communi ſtipiti propinquior.*

Quænam regula obſervatur in linea æquali?

Reſp.

Reſp. Hæc, *quod quoto gradu uterque diſtat à communi ſtipite, eodem diſtant inter ſe.*

Quænam in linea inæquali?

Reſp. Quod *quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, eodem etiam diſtant inter ſe. Exempl. gr.* patruus & patrui filius diſtant inter ſe ſecundo gradu, quoniam eodem gradu fratris filius diſtat ab avo.

Quouſque jam prohibentur nuptiæ in linea recta aſcendentium, & deſcendentium?

Reſp. Quod nuptiæ in linea recta aſcendentium & deſcendentium prohibentur uſque in infinitum, atque adeo etiamſi per adoptionem conjuncti ſint, & adoptio per emancipationem ſit diſſoluta; ratio eſt, quia licet adoptio ſit diſſoluta, manet tamen priſtina illa reverentia.

Quouſque prohibentur nuptiæ in linea collaterali?

Reſp. Quod nuptiæ in linea collaterali de jure civili prohibentur uſque ad quartum gradum *excluſive*, de jure vero canonico uſque ad quartum gradum *incluſive*, hoc eſt quod jure canonico quarto gradu prohibitæ ſunt nuptiæ, jure vero civili licitæ, quod verum eſt in linea æquali: Itaque prohibentur nuptiæ inter fratrem & ſororem, inter conſobrinos vero, id eſt, fratrum, vel ſororum, vel fratris & ſororis filios nuptiæ non prohibentur. §. 2. *&* 4. *h. tit.*

Quænam ergo regula obtinet in linea inæquali?

Reſp. Quod in linea inæquali ubi propior tantum uno gradu diſtat à communi ſtipite, prohibentur nuptiæ in infinitum, quia iſti inter ſe habent reſpectum parentum & liberorum: Itaque amitam, id eſt ſororem patris, vel amitam magnam, id eſt ſororem avi, vel materteram, id eſt, ſororem matris, vel materteram magnam,

gnam, id eſt, ſororem aviæ ducere non licet: quia parentum loco habentur, quamvis quarto gradu ſint. §. 3. §. 5. *h. tit.*

Quid eſt affinitas?

Reſp. *Eſt conjunctio ratione matrimonii inter conjugem & alterius Conjugis cognatos.*

Quomodo prohibentur nuptiæ ratione affinitatis?

Reſp. Hic dantur tria præcepta.

Quod eſt primum?

Reſp. Quod privignam, vel nurum, vel ſocrum, vel novercam, ducere non licet, neque privigno, vel genero, vel ſocero, vel vitrico nubere liceat, ne quidem diſſoluta affinitate. §. 6. 7. *h. tit.*

Quando intelligitur diſſoluta affinitas?

Reſp. Si matrimonium cum ea perſona, quæ affinitatis cauſa erat, ſublatum fuerit: *Exemp. gr.* Si uxor moriatur ejus filia deſinit eſſe privigna, & ſi filius moriatur, ejus uxor deſinit eſſe nurus.

Quod eſt ſecundum præceptum?

Reſp. Quod Comprivigni matrimonium recte contrahunt. §. 8. *h. tit.*

Quod eſt tertium?

Quod quamvis nata ex uxore repudiata non ſit proprie privigna, tamen honeſtatis cauſa ab ejuſmodi nuptiis abſtinendum ſit. §. 9. *h. tit.*

Quæ eſt pœna eorum qui prohibitas nuptias contrahunt?

Reſp. Quatuor pœnæ hic nominatim irrogantur; *prima eſt,* quod nec vir, nec uxor, nec nuptiæ,

uptiæ, nec matrimonium eſſe intelligitur, quia uod lege prohibente fit pro infecto habetur. 5. *C. de leg.*

Secunda eſt, quod licet aliquid dotis nomie datum fuerit, tamen non intelligitur eſſe os; quia licet nuptiæ ſine dote eſſe poſſint, ımen dos ſine nuptiis ſeu matrimonio eſſe non oteſt. *l.* 3. *ff. de Jur. dot.*

Tertia, quod nati ex hoc coitu non ſunt in oteſtate patris.

Quarta, quod diſſoluta hac conjunctione non atur dotis repetitio. §. 12. *h. tit.*

Quiſnam eſt ſecundus modus, quo acquiritur patria poteſtas?

Reſp. Secundus modus eſt *legitimatio.*

Quid eſt legitimatio?

Reſp. *Legitimatio eſt actus, quo liberi naturaſ tantum, etiam fiunt legitimi.*

Quot modis fit legitimatio?

Reſp. *Tribus modis*; primò *per oblationem uriæ*, ſecundò *per ſubſequens matrimonium*, rtiò *per reſcriptum Principis.*

Quomodo fit legitimatio per oblationem curiæ?

Reſp. Quando pater filium ſuum naturalem uriæ dat, ut eum faciat decurionem, hoc ipſo ium naturalem in poteſtatem ſuam redigit.

Quomodo fit legitimatio per ſubſequens matrimonium?

Reſp. Si pater concubinam, ex qua filios ſuepit, uxorem ducat, tunc enim filii ante nati ınt legitimi.

Quænam requiruntur ut hæc legitimatio procedat?

Reſp. *Tria*; *primò*, ut pater eam, ex qua

liberos procreaverit, in concubinatu habuerit:

Secundò, ut cum ea concubina matrimonium initio conſtare potuerit, id eſt, ut mulier libera ſit, & non in prohibito gradu conſanguinitatis vel affinitatis.

Tertiò, ut dotalia inſtrumenta conficiantur: quod indicant ablativi abſoluti, *dotalibus inſtrumentis compoſitis*, quæ conditionem important.

Quomodo fit legitimatio per reſcriptum Principis?

Reſp. Quando Pater per preces Principi datas liberos naturales legitimos ſibi conſtituit *Nov.* 89.

Quænam ſunt inter hos legitimandi modos differentiæ?

Reſp. *Tres*; *Primo*, quod primus qui fit per *oblationem Curiæ* proprius eſt maſculorum, at reliqui duo uſurpari poſſunt in liberis utriuſque ſexus:

Secundò, quod primi duo modi, nimirum per *oblationem curiæ* & *ſubſequens matrimonium*, locum habent, ſive pater habet legitimos liberos, ſive non; poſtremus vero tantum eo caſu permittitur, ſi pater nullos habeat legitimos:

Poſtremo, per *ſubſequens matrimonium* legitimati, non tantum quoad patrem conſequuntur jura legitimorum, ſed etiam quoad cæteros cognatos; per *reſcriptum Principis* vero & *oblationem Curiæ* legitimati, tantum quoad patrem.

An legitimati ſuccedunt in feuda?

Reſp. Diſtinguo inter legitimatos per *ſubſequens matrimonium*, & aliis modis legitimatos: illi ſuccedunt, hi non item: ita intellige *Cap.* 26 *Lib.* 2. *feud.* §. *Naturales*.

A

AD TIT. XI.

De Adoptionibus.

Quis eſt tertius conſtituendæ patriæ poteſtatis modus?

Reſp. TErtius patriæ conſtituendæ poteſtatis modus eſt *adoptio.*

Quid eſt adoptio?

Reſp. *Adoptio eſt actus legitimus, quo actu per legis authoritatem, ad imitationem naturæ, patriæ poteſtati quis ſubjicitur.*

Quot ſunt adoptionis ſpecies?

Reſp. Duæ; *Arrogatio, vel adoptio in ſpecie.*

Quid eſt arrogatio?

Reſp. *Arrogatio eſt, qua adoptantur ex authoritate principis illi, qui ſunt ſui juris.*

Quid eſt adoptio in ſpecie?

Reſp. *Qua ex imperio, hoc eſt, authoritate Magiſtratus adoptantur, qui in alterius poteſtate erant.* §. 1. h. tit.

Quinam poſſunt adoptare plene?

Reſp. *Aſcendentes*; nam ſi quis extraneæ perſonæ in adoptionem fuerit datus, jura patris naturalis minime diſſolvuntur. §. 2. *h. tit.*

Quid ſi impubes arrogetur?

Reſp. Causâ cognitâ arrogatio fieri debet, an ſcil. cauſa honeſta ſit, expediatque pupillo, & fiat cum cautione de bonis reſtituendis, & quartâ bonorum dandâ, quæ accipienda eſt non de quarta legitima, ſed omnium bonorum, cum Imp. indiſtincte loquatur. §. 3. *h. tit.*

An minor natu majorem adoptare poteſt?

Reſp. Quod non; Adoptio enim imitatur naturam, jam autem *contra naturam eſt, ut major ſit filius quam pater*: quod autem hic dicitur *adoptio imitari naturam*, intelligendum eſt non ſemper actu ſed potentia, unde eſt quod qui uxorem non habet poſſit adoptare. §. 4. *h. tit.*

Quo gradu adoptio fieri poteſt?

Reſp. *Primò*, Licet non ſolum in locum nepotis vel neptis, verum etiam in ulteriorem gradum adoptare, etiamſi quis filium non habeat. §. 5. *h tit.*

Secundò, licet Nepotem alienum adoptare in locum filii, vel filium in locum nepotis. §. 6. *h. t.*

Tertiò, licet ſine filii conſenſu liceat dare nepotem in adoptionem, attamen ſine filii conſenſu non licet adoptare in locum nepotis; Sed tamen in hac adoptione filii conſenſus requiritur non ut adoptio valeat, ſed quia eo mortuo qui adoptavit, nepos incipiat eſſe filio ſuus heres: *Non debet enim ſuus heres invito agnaſci. L.* 5. 6. 11. *ff. Eod.*

Quænam ſunt adoptioni & arrogationi communia?

Reſp. *Tria*; *Unum*, quod tam filius adoptatus, quam arrogatus, ſimilis eſt filio ex juſtis nuptiis ſuſcepto, & alteri in adoptionem dari poteſt. §. 8. *h. tit.*

Secundum, quod ſpado poſſit adoptare vel arrogare. §. 9. *h. tit.*

Tertium, quod Mulier, neque adoptare neque arrogare poteſt, niſi ex ſpeciali permiſſu principis ad ſolatium liberorum amiſſorum. §. *fœminæ* 10. *h. tit.*

Quænam

Quænam ſunt arrogationi propria?

Reſp. Quod non ſolum ejus qui arrogatur fi-
ii, verum etiam omnia bona in poteſtatem ar-
ogatoris tranſeunt, quod non eſt in eo qui
ıdoptatur. §. 11. *h. tit.*

AD TIT. XII.

Quibus modis jus patriæ poteſtatis ſolvitur.

Quibus modis patria poteſtas ſolvitur?

Reſp. S*EX potiſſimum modis; ſcil. morte na-
turali, morte civili, dignitate, Captivi-
ate, emancipatione, & adoptione.*

Quomodo morte?

Reſp. Quod hi qui in poteſtate parentis ſunt
nortuo eo in cujus poteſtate ſunt, ſui juris effi-
ciuntur, non tamen ita morte tollitur patria po-
eſtas, ut omnes effectus deſinant, poteſt enim
pater dare tutorem liberis ſuis impuberibus, item
ſubſtituere; ergo dicendum morte patris finiri
patriam poteſtatem quoad ſtatum, quia liberi,
nortuo patre, ſui juris efficiuntur. *pr. h. t.*

Quomodo mors civilis tollit patriam poteſtatem?

Reſp. *Primò*, ſi quis deportatus in inſulam
uerit; tunc enim civitatem amittit, & omne jus
patriæ poteſtatis ſolvitur, non aliter ac ſi mor-
uus ſit, & ſi filio tale quid contigerit, patria
poteſtas quoque ceſſat. §. 1. *h. tit.*

Secundò, quando quis ſervus pœnæ efficitur;
puta in metallum damnatur, vel beſtiis ſubjici-
ur. §. 3. *h. tit.*

Quis eſt tertius modus?

Reſp. *Patriciatus dignitas*; patricii vero, non

 illi

illi ſunt qui ex ſenatoribus erant oriundi, ſed qui principi erant à conſiliis, & propterea nominabantur patres principis. §. 4. *h. tit.*

Quis eſt quartus modus?

Reſp. *Captivitas*; ſed hæc magis ſuſpendit patriam poteſtatem, quoniam ſi pater aut filius reverſi fuerint, priſtinum ſtatum recipiunt jure poſtliminii. §. 5. *h. tit.*

Quis eſt quintus modus?

Reſp. *Emancipatio.*

Quid eſt emancipatio?

Reſp. *Emancipatio nihil aliud eſt, quam voluntaria dimiſſio liberorum ex poteſtate patria.*

Qui ſunt effectus hujus emancipationis?

Reſp. Imp. hic ponit tres effectus; *primus* quod patria poteſtas ſolvitur, *ſecundus* quod pater ſuccedit filio emancipato ad exemplum patroni ſuccedentis liberto: *Tertius effectus* eſt, quod ſi emancipatus ſit impubes, parens tutelam ejus legitimam nanciſcitur. §. 6. *h. tit.*

Quis eſt ſextus modus?

Reſp. *Adoptio*; Nam ſi pater liberos ſuos in poteſtate conſtitutos aliis aſcendentibus dederit in adoptionem, tollitur patria poteſtas quoad patrem naturalem. §. 8. *h. tit.*

Quænam ſunt adoptioni & emancipationi communia?

Reſp. *Duo*; *Unum* eſt quod ſi nurus mea prægnans ſit antequam filium meum emancipem, vel dem in adoptionem, nepos naſcitur in mea poteſtate; quod ſi poſt filii mei emancipationem prægnans facta fuerit, in poteſtate patris, id eſt, mariti ſui pariet; Ergo in omnibus

bus hiſce caſibus ſpectatur tempus conceptionis. §. 9. *h. tit.*

Secundum, quod filii regulariter non poſſunt cogere parentes, ut ab eiſdem poteſtate dimittantur, id eſt, emancipentur, vel in adoptionem dentur, niſi in caſibus. *l.* 32. *ff. de adopt.*

AD TIT. XIII.
De Tutelis.

Diximus hactenus de perſonis quæ alieno juri ſubjectæ ſunt, dicendum nunc de iſtis, quæ ſui juris ſunt: quomodo ergo dividuntur perſonæ, quæ ſui juris ſunt?

Reſp. PErſonæ quæ ſui juris ſunt, vel ſunt in tutela, ut *pupilli*, vel in curatione, ut *adoleſcentes*, vel neutro jure tenentur, ut *viri perfectæ ætatis qui ſunt ſanæ mentis*; & dicendum proponit [Imp.] de his qui in *tutela* ſunt vel *curatione*, ita enim intelligemus cæteras perſonas, quæ neutro jure tenentur.

Quid eſt tutela?

Reſp. *Tutela eſt vis & poteſtas in capite libero ad tuendum eum, qui per ætatem ſe ipſum defendere nequit, jure civili data ac permiſſa.* §. 1. *h.* tit.

Quid ſibi volunt hæc verba, vis & poteſtas:

Reſp. Hæc verba nihil aliud ſignificant, quam *virtus atque authoritas*; *vis* enim hic non accipitur pro *violentia*, ſed pro eo, quod unaquæque res valet.

Hæc verba in capite libero, *ad quem ſunt referenda, ad Tutorem, an vero ad Pupillum?*

Reſp. Quamvis hæc verba ad utrumque referri

ferri poſſint, *tutorem* ſcil. & *pupillum*, quia uterque debet eſſe homo liber, tamen melius ad *Tutorem* referuntur; quia pupillus non tantum debet eſſe liber, verum etiam ſui juris, cum ſufficiat tutorem eſſe liberum.

Quis eſt finis Tutelæ?

Reſp. Tutelæ finis eſt, ut tutores tueantur eum qui per ætatem ſe ipſum defendere nequit, quibus verbis tutela etiam à reliquis poteſtatibus diſtinguitur.

Quid indicant hæc verba, per ætatem ſe defendere nequit?

Reſp. His verbis tutela diſtinguitur à cura: multi enim ſunt qui ſua tueri non poſſunt, alii propter vitium animi vel corporis, nonnulli propter ætatem, ut adoleſcentes, ſoli tamen pupilli propter ætatem ſe defendere nequeunt: itaque illis curator datur, his tutor.

Quid volunt hæc verba, jure civili data ac permiſſa?

Reſp. Hæc verba ſignificant neminem ſibi hanc authoritatem arrogare poſſe, ſed eum cui jure data eſt ac permiſſa: Datur iis qui à lege ad tutelam vocantur, permittitur ea, quæ prius data eſt à teſtatore, vel à Magiſtratu.

Quotuplex eſt Tutela?

Reſp. Triplex; ſcil. *Teſtamentaria, legitima, & Dativa.*

Quid eſt Tutela teſtamentaria?

Reſp. *Cum pater liberis ſuis impuberibus in poteſtate conſtitutis teſtamento tutorem dat.* §. 3. h. tit.

An tantum liberis natis pater tutorem dare poteſt, an vero etiam poſthumis?

Reſp.

Reſp. Quod etiam poſthumis; quia quotiens [a]gitur de ejus commodo poſthumus pro jam na[t]o habetur. §. 4. *h. tit.*

Quid tamen ſi de facto pater tutorem filio emancipato dederit?

Reſp. Quamvis datio ipſo jure non valet, [t]amen tutor confirmabitur ex ſententia præſi[d]is omnimodo, id eſt *ſine inquiſitione.* §. *ult.* [h]. *tit.*

Tutor autem hoc modo confirmatus an eſt dativus an teſtamentarius?

Reſp. Quamvis quidam mixti generis eſſe ve[li]nt, tamen verius puto teſtamentarium eſſe, [n]am neque ſatiſdat, & legitimo præfertur, quæ [s]unt propria teſtamentarii tutoris.

AD TIT. XIV.

Qui teſtamento tutores dari poſſunt.

Quinam teſtamento tutores dari poſſunt?

[R]*eſp.* OMnes qui non prohibentur, tam patres quam filiifam.

Sed filius eſt in aliena poteſtate, & qui in aliena poteſtate eſt, alium in ſua habere non poteſt. Leg.4. ff. de his qui ſunt.

Reſp. Quod hoc in ejuſdem generis poteſtate [a]ccipiendum eſt; *vid.* quod ille, qui in aliena [e]ſt poteſtate, non poteſt alium habere in ea[d]em poteſtate in qua ipſe eſt: ſed diverſi gene[ri]s poteſtas, qualis eſt patria & tutoria, concur[r]ere poteſt.

An ſervus teſtamento tutor dari poteſt?

Reſp. Servus ut ſervus tutor dari non poteſt, [s]ed cum libertate poteſt: quinimo ſi quis ſer-

vum proprium tutorem dederit, hoc ipſo ei libertatem dediſſe videtur; ſervus autem alienus recte tutor datur ſub conditione, *cum liber erit.*

An furioſus vel minor 25. annis tutor teſtamento recte datur?

Reſp. Furioſus vel minor 25. annis tutor teſtamento datus tutor tunc erit, cum compos mentis aut major 25. annis fuerit factus. §.2.*h.tit.*

Quomodo teſtamento tutor dari poteſt?

Reſp. Teſtamento tutor dari poteſt, ex certo tempore, ad certum tempus, & ſub conditione; finito autem tempore, vel pendente die, vel conditione, locus erit tutori dativo. §. 3. *h. tit.*

An etiam à Magiſtratu tutor hoc modo dari poteſt?

Reſp. Quod non; quia nemo poteſt defectum dativi tutoris ſupplere.

An etiam ante heredis inſtitutionem tutor teſtamento dari poteſt?

Reſp. Quod ſic; quia ordo ſcripturæ non ſpectatur, ſed ipſa res. §. 34. *infr. de leg.*

An tutor datur perſonæ, an vero rebus?

Reſp. Tutor principaliter datur perſonæ, per conſequentiam vero omnibus bonis pupilli. §. 17. *infr. de excuſ. tut.* §. 4. *h. tit.*

An qui filiis ſuis tutorem dedit, etiam poſthumis dediſſe videtur?

Reſp. Quod ſic; quia appellatione filiorum etiam poſthumi continentur.

An hoc modo etiam nepotibus dediſſe videtur?

Reſp. Quod non; quia filii appellatione nepotes non continentur, filii enim ſunt primi

gradus,

gradus, nepotes ſunt ſecundi gradus. §. *ult. h. tit.*

At aliquando appellatione filiorum etiam nepotes continentur. l. 84. 220. ff. de verb. ſign.

Reſp. Hoc tunc locum habere, quando voluntas teſtatoris non refragatur.

AD TIT. XV.

De legitima agnatorum Tutela.

Ceſſante tutela teſtamentaria cui tutelæ locus eſt?

Reſp. LEgitimæ.

Quænam eſt legitima tutela?

Reſp. Quæ vel defertur ex verbis legis 12. Tabb. ut *Tutela agnatorum*; vel ex mente & interpretatione legis, ut *tutela patronorum* & *parentum*; vel ex novo jure, ut *tutela fiduciaria.*

Quando igitur legitima agnatorum tutela locum habet?

Reſp. Si tutor teſtamento datus non ſit, ſequitur hæc legitima tutela quæ agnatis defertur.

Qui ſunt agnati?

Reſp. Sunt cognati per virilis ſexus cognationem conjuncti, quaſi à patre cognati: Cognatio enim vel in genere vel in ſpecie accipitur; In genere ſub ſe complectitur, & *agnationem* & *cognationem* in ſpecie, agnatio eſt *conjunctio per virilem ſexum*, cognatio in ſpecie eſt *conjunctio per fœmininum ſexum*, ſed hoc diſcrimen hodie eſt ſublatum.

Quænam

Quænam fuit ratio hujus tutelæ deferendæ?

Reſp. Ratio, quæ tutelam legitimam induxit, eſt hæc, quia quo commodum hereditatis pertinet, eo etiam pertinere debet tutelæ onus. *L. 73. ff. de R. Jur.*

Quænam ergo requiruntur ut alicui hæc legitima tutela deferatur?

Reſp. Quatuor; *Primò*, ut quis ſit agnatus, hoc eſt conjunctus per maſculos.

Secundo, ut ſit proximus.

Tertiò, ut nullus ſit tutor teſtamentarius. §. 2. *h. tit.*

Quartò, ut agnatio non ſit ſublata per capitis deminutionem. §. *ult. h. tit.*

AD TIT. XVI.

De Capitis Deminutione.

Quoniam dictum eſt, agnationem capitis deminutione perimi, dic quid ſit capitis deminutio?

Reſp. *CApitis deminutio eſt prioris ſtatus mutatio*; Status autem verbum generaliter hic accipitur, ut totiens quis dicatur ſtatum mutare, quoties vel *civitatem*, vel *libertatem*, vel *familiam* amittit.

Quotuplex eſt igitur capitis deminutio?

Reſp. Triplex; *Maxima, media, minima.*

Quænam eſt maxima capitis deminutio?

Reſp. *Cum aliquis ſimul & libertatem, & civitatem, & familiam perdit.* §. 1. h. tit.

Quænam eſt media capitis deminutio?

Reſp. *Cum civitas quidem amittitur, libertas vero retinetur.* §. 2. h. tit.

Quænam

Quænam eſt minima capitis deminutio?

Reſp. *Cum libertas & civitas retinetur, ſed fa-ilia mutatur.* §. 3. h. tit.

An non etiam ſervus manumiſſus capite minuitur?

Reſp. Quod non; quia nullum caput, id eſt, atum habet. §. 4. *h. tit.*

Cum aliquis dignitatem amittit, an etiam capite minuitur?

Reſp. Quod non; Quia ſtatus tantum in *li-rtate, civitate, & familia* conſiſtit. § 5. *h. tit.*

Quomodo perit agnatio vel cognatio per capitis deminutionem?

Reſp. Neceſſe eſt, ut diſtinguatur inter ipſam *gnationem*, vel *agnationem*, quæ eſt à natura, : inter *jus cognationis* vel *agnationis* tributum jure civili: ipſa *cognatio* vel *agnatio* qua na-raliter accipitur, per *mediam* vel *maximam pitis deminutionem* perire nequit: is enim qui ius meus eſt, licet ſervus fiat vel deportetur, men filius manet; ſed reſpectu ſucceſſionis cæ-rorumque, quæ civibus tantum vel liberis ho-inibus tribuuntur, filius meus eſſe deſinit. *L.* 2. *ff. de R. Jur.*

Quando jam agnatis tutela defertur, an ad omnes ſimul pertinet?

Reſp. Quod non; ſed ad eos tantum, qui roximiore gradu ſunt. §. *ult. h. tit.*

AD TIT. XVII.

De Legitima Patronorum Tutela.

Quænam eſt legitima patronorum tutela?

Reſp. QUÆ *patronis defertur ex mente & interpretatione legis* 12. *Tabb. h. tit.*

Cur

Cur hæc dicitur legitima?

Reſp. Quia deſcendit ex *lege* 12. *Tabb.*

Quomodo deſcendit ex lege 12. Tabb. cum in ea lege nulla hujus tutelæ mentio fiat?

Reſp. Non quia nominatim de ea cavetu legitima dicitur, ſed quia per interpretationer ita recepta eſt: ac ſi nominatim verbis leg comprehenſa eſſet, non enim ea tantum d cuntur eſſe ex legibus, quæ ex verbis legis de ſcendunt, ſed etiam quæ ex mente & interpre tatione. *l.* 6. §. 1. *ff. de V. S.*

Quænam eſt hujus interpretationis ratio?

Reſp. Quia qui percipit commodum hered tatis, debet etiam ſubire onus tutelæ. *l.* 10. *f de R. I.* Cum ergo patronus vocetur ad legit mam liberti hereditatem, etiam vocatur a ejus tutelam. *Verſ. eo enim ipſo. h. tit.*

An hæc regula non patitur exceptionem?

Reſp. Quod excipitur patrona, quæ quamv lege vocetur ad legitimam liberti hereditaten tamen non vocatur ad tutelam, propterea quo tutela eſt virile officium. *l.* 16. *ff. de tutel. ver Ideo. h. tit.*

AD TIT. XVIII.

De Legitima parentum tutela.

Quænam eſt legitima parentum tutela?

Reſp. QUÆ *parentibus defertur, qui liber emancipant, exemplo patronorum.*

Cur exemplo patronorum?

Reſp. Quia eodem exemplo colligitur e mente & interpretatione legis 12. Tabb. Na quia parentes liberis emancipatis ſuccedu

qua

aſi patroni, §. *ult. infr. de legit. agn. ſucceſſ.* eo eadem ratione ad eorum tutelam vocanr.

AD TIT. XIX.

De Fiduciaria Tutela.

Quænam eſt tutela fiduciaria?

eſp. QUÆ parente, qui filium impuberem emancipavit mortuo, defertur patri, l etiam fratri, dicta eſt autem *fiduciaria* ex eo iod pater *contracta fiducia* filium emancipavit.

Da Exemplum?

Reſp. *Ex. gr. Titius* habet tres filios *primum, undum,* & *tertium, Titius* emancipavit *ſecunm* & *tertium,* ergo legitimam eorum tutelam miniſtravit, *Titius* inter moritur, cum nonım perfectæ eſſent ætatis *ſecundus* & *tertius*: *imus* itaque filius, qui ſcil. perfectæ ætatis at, *fiduciarius tutor* erit *ſecundi,* & *tertii* fraım ſuorum.

Sed cur Primus *patre defuncto non eſt legitimus tutor fratrum ſuorum, cum filii patronorum poſt mortem eorum legitimi tutores exiſtant libertorum Impuberum à patre ſuo manumiſſorum?* hic verſ. Atqui.

Reſp. Ratio eſt, quia libertus ſi manumiſſus on fuiſſet, ſed ſervus manſiſſet, utique ſervus ɔerorum defuncti futurus erat. At ſi *Titius* er emancipationem *ſecundum* & *tertium* filios os ſui juris non feciſſet, per quam emancipaonem legitimus eorum tutor factus eſt, omnio poſt obitum *Titii* patris, ſui Juris facti fuſent, nec in poteſtatem *primi* fratris recidiſnt, nec frater poſſet eos emancipare, & conſequenter

ſequenter emancipando legitimam ex interpretatione legis XII. *Tabb.* conſequi Tutelam.

Quomodo prædicti omnes ad Tutelam vocantur?

Reſp. Si ſint legitimæ ætatis, hoc eſt majores 25. annis; quod Imp. generaliter in omnibus Tutelis & Curationibus obſervari præcepit. *Verſ. Ita tamen. h. tit.*

AD TIT. XX.

De Attiliano tutore & eo qui ex lege Julia Titia dabatur?

Si non ſit teſtamentarius vel legitimus tutor, qui tunc tutor erit?

Reſp. JUdex competens tutorem dabit, qui dativus dicitur.

Hæc datio quot caſibus locum habet?

Reſp. Quatuor caſibus; *primo*, ſi omnino non ſit tutor, nec teſtamentarius, nec legitimus.

Secundo, ſi pendeat conditio ſub qua, vel dies ex quo tutor teſtamento datus eſt; dico *teſtamento*, quia lex tutorem pure conſtituit, non ex die, vel ſub conditione.

Tertio, ſi tutor in teſtamento pure ſit datus, ſed effectus teſtamenti pendeat, & hereditas jaceat, nemine adhuc adeunte.

Quarto, ſi tutor teſtamentarius vel legitimus in hoſtium poteſtate ſit. §. 1. *&* 2. *h. tit.*

An ex Lege Attilia & Lege Julia Titia hodie dantur tutores?

Reſp. Quod non; nam poſtquam primo conſules pupillis utriuſque ſexus tutores dare cæperunt, & prætores ex conſtitutionibus, deſierunt

unt hæ leges eſſe in uſu, idque propter duplicem earum imperfectionem; *primo*, quia iſtis legibus neque de cautione à tutoribus exigenda rem pupilli ſalvam fore, cavebatur, *ſecundo*, quia iſtis legibus tutores non compellebantur ad tutelæ adminiſtrationem. §. 3. *h. tit.*

Quomodo jure novo tutor datur?

Reſp. Jure novo conſtitutum eſt, ut Romæ præfectus urbi vel prætor ſecundum ſuam juriſdictionem tutores darent, in provinciis vero præſides ex inquiſitione, vel magiſtratus juſſu præſidum, ſi non ſint magnæ pupilli facultates. §. 4. *h. tit.*

Quomodo jure noviſſimo?

Reſp. Jure noviſſimo conſtitutum eſt, ut ſi pupilli facultates uſque ad quingentos ſolidos valeant, defenſores civitatum tutorem ei dare poſſint. §. 5. *h. tit.*

An hæc tutelæ datio eſt juriſdictionis, an vero ſpecialis conceſſionis?

Reſp. Tutelæ datio neque imperii, neque juriſdictionis eſt, ſed ei ſoli competit, cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel SCtum, vel Princeps.

Dicitur tamen in §. 4. huj. Tit. *quod prætor tutorem dat* ſecundum ſuam juriſdictionem?

Reſp. Hoc non intelligendum vi *juriſdictionis*, ſed intra limites *ſuæ juriſdictionis*.

Dicuntur etiam ibidem magiſtratus tutores dare juſſu præſidum?

Reſp. Hoc non ita accipiendum, quaſi ex juſſu præſidum hanc poteſtatem acciperent, nam hanc habent à lege, ſed quaſi exercitium iſtius

us facultatis non habeant, niſi prævio præſ dum juſſu.

Quare jam eſt inventa tutela?

Reſp. Quia naturali juri conveniens eſt, ut qui perfectæ ætatis non ſit alterius tutela rega tur. §. 6. *h. tit.*

Quis eſt effectus tutelæ?

Reſp. Quod, poſt tutelam pubertate vel ali modo finitam, tutor rationem tutelæ geſtæ red dere tenetur. §. *ult. h. tit.*

AD TIT. XXI.
De authoritate tutorum.

In quibus rebus potiſſimum officium tutoris conſiſtit?

Reſp. IN adminiſtratione bonorum, & autho ritate pupillis præſtanda.

Quid eſt authoritas?

Reſp. Eſt approbatio ejus quod agitur cum pupillo.

An hæc authoritas in omnibus cauſis eſt neceſſaria?

Reſp. Vel negotium non poteſt niſi pro deſſe, & tunc non requiritur tutoris authoritas: vel non poteſt niſi obeſſe, & tunc ne quidem tutoris authoritate adhibita negotium valet, ut ſi pupillus quid donare velit; vel negotium eſt indifferens, quod poteſt prodeſſe & obeſſe, & tunc neceſſaria eſt tutoris authoritas, ut in emptionibus, venditionibus, locationibus, con ductionibus, ſocietatibus, mandatis: ratio eſt quia *pupillis licet meliorem quidem conditionem ſuam facere etiam ſine tutoris authoritate, dete riorem*

rem vero non aliter quam cum tutoris autho-ate. pr. h. tit.

Si tamen de facto pupillus quid emerit, vendiderit, ſine tutoris authoritate, quid juris erit?

Reſp. Ipſi quidem qui cum pupillis contraнt obligantur, at invicem pupilli non obliatur, itaque contractus claudicat.

Quomodo hæc verba ſunt intelligenda?

Reſp. Quod ſi pupillo commodum ſit hunc ntractum ſervari, ipſe alterum invitum coe poſſit ad contractum ſervandum, ita tamen etiam pupillus eo caſu à parte ſua præſtet od promiſit; ſi vero pupillo non fuerit utile ıc contractum ſervari, nunquam ille qui cum pillo contraxit, eum invitum cogere poſſit, ut ntractui ſtet, & ita contractus claudicat.

Quid tamen ſi pupillo obveniat opulenta aliqua hereditas, an illam adire poſſet ſine tutoris authoritate?

Reſp. Pupillus neque hereditatem adire, ne bonorum poſſeſſionem, aut fidei commiſſum ere poteſt, ſine tutoris authoritate, quamvis editas lucroſa ſit, ne ullum damnum habeat. *. h. tit.*

At quomodo, cum pupillus hereditatem lucroſam adeundo conditionem ſuam meliorem faciat, ſecundum regulam ſupra traditam?

Reſp. Pupillus hereditatem quamvis lucron adire non poteſt, niſi ſeipſum implicet oneıs hereditariis, jam autem ſe obligare non eſt, ſine tutoris authoritate.

At cur hic non contractus claudicat, ut diximus in pupillo contrahente?

Reſp. Qui cum aliquo contrahit, vel eſt, vel eſſe

eſſe debet non ignarus conditionis ejus cum qu
contrahit, itaque ei qui cum pupillo contra
poteſt imputari, cur cum pupillo contraxer
creditoribus vero hereditariis hoc imputari n
poteſt, quia non cum pupillo, ſed cum defunć
contraxerunt, itaque eorum conditio per p
pillum heredem non debet fieri deterior.

Quando hæc authoritas eſt à tutore interpo-nenda?

Reſp. Tutor ſtatim in ipſo negotio præſe
author fieri debet, id eſt, negotio perfecto, ha
enim verba non ita debent conſtrui, quaſi tut
in ipſo negotio author fieri debeat, poſt temp
enim, vel per epiſtolam, aut per nuntium i
terpoſita authoritas nihil agit. §. 2. *h. tit.*

Quo caſu tutoris authoritas non admittitur?

Reſp. Si inter tutorem & pupillum judic
agendum ſit; quia ipſe tutor in rem ſuam auth
eſſe non poteſt, ſed curator in locum ejus datu
qui negotio peracto curator eſſe deſinit. §. *u*
h. tit.

AD TIT. XXII.

Quibus modis tutela finitur.

Quibus modis tutela finitur?

Reſp. TUtela finitur, vel ipſo jure, vel p
judicis ſententiam.

Quot modis finitur ipſo jure?

Reſp. Sex potiſſimum modis, qui in hoc Ti
recenſentur:

Primò, pubertate; quod fit in maſculis, po
decimumquartum annum completum, in fo
minis poſt duodecimum.

Secund

Secundò, capitis deminutione ipſius pupilli; æ fit vel arrogatione pupilli, vel deportatione, ſervitute, vel captivitate.

Tertiò, exiſtente conditione ad quam tutela ata eſt; hæc ſpectatur in ſolo teſtamentario ore.

Quartò, morte vel pupillorum vel tutorum.

Quintò, maxima & media capitis deminutio- tutoris; quia neceſſe eſt, ut tutor ſit homo er & civis Rom. minima non extinguit, quia or tam filiusfam, quam paterfam. eſſe poteſt.

Sextò, exiſtentia temporis, ad quod tutela de- a eſt; quæ etiam in ſolo teſtamentario ſpecta- , nam qui ad certum tempus teſtamento tu- datur, ille finito tempore tutelam deponit.

Quomodo per ſententiam judicis finitur tutela?

Reſp. Duobus modis, ſc. excuſatione, & re- otione facta à judice ob crimen ſuſpecti, de ibus in ſequentibus dicendum.

AD TIT. XXIII.

De Curatoribus.

Diximus hactenus de tutela, quid eſt cura?

eſp. CUra eſt vis ac poteſtas in capite libero ad res adminiſtrandas, quas dominus r ætatis vel mentis aut corporis imbecillitatem cte adminiſtrare non poteſt.

Quot ſunt ergo genera perſonarum in cura- tione?

Reſp. Tria: Adoleſcentes; furioſi & prodi- ; mente capti, muti & ſurdi.

A quo tempore ad quod tempus adoleſcentes curatores accipiunt?

Reſp.

Reſp. Curator eis datur ab initio pubert[illegible] uſque ad perfectam ætatem, id eſt, maſculis anno 14. fœminis ab anno 12. utriſque ad [illegible] num 25. completum.

Cur his perſonis datur curator?

Reſp. Quia, licet puberes ſint, adhuc tam ejus ætatis ſunt, ut ſua negotia tueri non poſſi[illegible]

A quibus datur curator?

Reſp. Ab iiſdem Magiſtratibus, à quibus [illegible] tur tutor: in teſtamento autem non datur, q[illegible] nulla lex hoc permiſit; nam tutor ideo datur teſtamento, quia lex 12. Tabb. hoc permiſ[illegible] L. 1. *ff. de teſt. tut.*

An adoleſcentes inviti coguntur accipere curatorem?

Reſp. Inviti adoleſcentes non accipiunt c[illegible] ratorem præterquam in litem, quod ſic eſt e[illegible] plicandum, quod ſcil. minores non teneant[illegible] ſuſcipere curatores, qui ipſis à Magiſtratu da[illegible] tur vel obtruduntur, ſed quod ſibi poſſint pet[illegible] re, imo debeant ac teneantur, tutoris eni[illegible] officium non ante finitum eſt quam curatorib[illegible] conſtitutis. *L.* 5. §. 5. *l.* 33. §. 1. *ff. de adm tut.*

An curator certæ rei vel cauſæ dari poteſt?

Reſp. Omnino; hoc enim negatum fuit [illegible] tutore. §. 4. *ſupr. qui teſt. tut.*

Quid dicendum de furioſis & prodigis?

Reſp. Furioſi & prodigi, licet majores ſi[illegible] 25. annis, tamen in curatione ſunt. §. 3. *h ti.*

Quid dicendum de mente captis, & ſurdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant?

Reſp. Ii omnes, quia rebus ſuis ſupereſſe no[illegible] poſſunt, curatores accipiunt.

A

An non ſunt aliqui caſus, quibus curatores pupillis dantur?

Reſp. Sunt duo:

Primus eſt, ſi tutor teſtamentarius vel legiti-us, neque ſit idoneus, neque fraudulenter ſe rit; nam ſi tutor ſit idoneus, non opus eſt, ei curator adjungatur.

Secundus eſt, ſi tutor teſtamentarius vel legi-nus ad tempus excuſetur; quia nihilominus tu-r manet. §. 5. *h. tit.*

An non etiam actor aliquando conſtituitur?

Reſp. Si tutor adverſâ valetudine, vel alia ceſſitate, veluti dignitate, ætate impediatur, o minus negotia adminiſtrare poſſit, hoc caſu agiſtratus, vel tutor permiſſu ac decreto Ma-ſtratus, actorem ad lites, vel adjutorem ad ne-tia extra judicium gerenda conſtituet.

Quænam ergo ſunt differentiæ inter tutorem & curatorem.

Reſp. Variæ; Tutor perſonæ, Curator rebus tur etiam ſingularibus; Tutor invito, Cura-r regulariter petenti datur; Tutor teſtamento, l lege, vel à Magiſtratu datur, Curator non ; Tutor impuberibus, Curator puberibus, o etiam majoribus certis de cauſis. §. 3.4. *h.t.* utor non datur habenti tutorem, Curator ad-ngi poteſt.

AD TIT. XXIV.

De ſatiſdatione Tutorum vel Curatorum.

Hactenus ſeorſim dictum eſt de curatoribus & tutoribus; quænam ſunt tutoribus & curatoribus communia?

eſp. HÆC tria; *Satiſdatio, excuſatio,* & *remotio.*

Quid

Quid eſt ſatiſdatio?

Reſp. Satiſdatio eſt *cautio quæ fit datis fidejuſſoribus.*

An non etiam pignoribus?

Reſp. Quod non; quia hæc eſt cautio pr toria.

Atqui plus cautionis eſt in re quam in perſona. l. plus. 25. ff. de Reg.Jur.

Reſp. Hoc non intelligendum de perſona dejuſſoris, ſed ipſius principalis debitoris.

Quæ eſt ratio quare tutores ſatiſdare cogantur

Reſp. Ne pupillorum negotia à tutoribus a curatoribus conſumantur, vel deminuantur, c ret prætor ut ſatiſdent rem pupillis ſalvam for

An non omnes tutores ſatiſdare coguntur?

Reſp. Quod non; nam tutores teſtament dati, ſatiſdare non coguntur, quia fides eoru & diligentia ab ipſo teſtatore approbata eſt item ex inquiſitione tutores vel curatores da ſatiſdatione non onerantur, quia idonei elec ſunt.

An non pugnat hoc pr. cum §.4. *h.tit.*

Reſp. Non; nam aliud eſt curam & opera dare, ut ſatiſdatio ab inferiore Magiſtratu exig tur, aliud eſt ipſam ſatiſdationem exigere.

An nullo caſu teſtamentarius tutor ſatiſdare cogetur?

Reſp. Si plures ſint tutores teſtamento dat tunc ſi unus ex eis offerat ſatiſdationem, v ipſe in adminiſtratione reliquis præfertur, vel contutor adminiſtrare velit, cogetur præſtare ſa tiſdationem.

Quid ſi plures ſatiſdare offerant?

Reſp

Reſp. Idoneor præfertur. *l.18.ff.de teſt. tut.*

Quid ſi nullus ſatiſdare offerat?

Reſp. Eo caſu,ſi adſcriptum ſit à patre quis gerere debeat, is geret; quod ſi non fuerit adſcritum, quem major pars contutorum elegerit, is eret.

Quod ſi circa electionem diſſentiant?

Reſp. Prætor auctoritatem ſuam interponet, quem is gerere jubebit, is geret. §.1. *h.tit.*

Quis eſt effectus ſatiſdationis?

Reſp. Ut non tantum ex ea ipſi tutores vel uratores & eorum heredes, ſed etiam fidejuſſores & eorum heredes teneantur. §.2.*h.tit.*

Quid ſi tutor vel curator cavere nolit?

Reſp. Pignoribus captis coërcentur. §.3.*h.tit.*

Qui ſubſidiaria actione tenentur?

Reſp. Hi tantummodo qui ſatiſdationem exiere ſolent. §.*ult. h.tit.*

AD TIT. XXV.

De excuſationibus Tutorum.

An inviti tutores vel curatores coguntur adminiſtrationem ſuſcipere?

Reſp. QUod ſic; quia eſt munus publicum, ſi non utilitate, ſaltem authoritate: ed quia tutela onus eſt, placuit juſtas excuſatioum cauſas admitti.

Quid eſt excuſatio?

Reſp. Eſt tutelæ vel curæ jure delatæ ex juſta auſa deprecatio.

Quæ ſunt juſtæ excuſationum cauſæ?

Reſp. Juſtæ excuſationum cauſæ in hoc titul
fere enumerantur ſexdecim:

Prima cauſa eſt numerus liberorum, *Rom* tres, in *Italia* quatuor, in provinciis quinqu ſive in poteſtate, ſive emancipati ſunt, unde ex cuſatio perpetua competit, ſed adoptivi libe non proſunt, in adoptionem dati naturali pat proſunt, nepotes ex filio proſunt, ut in locu patris ſui ſuccedant, ex filia non proſunt, libe defuncti non proſunt, niſi in acie amiſſi ſin *pr. h. tit.*

Secunda cauſa excuſationis eſt rerum fiſcaliu adminiſtratio, ille quamdiu adminiſtrat excuſa poteſt §. 1. *h. t.*

Tertia eſt abſentia reip. cauſa, quæ ad ten pus excuſat, & interim curator datur à Mag ſtratu. §.2. *h.tit.*

Quarta cauſa eſt poteſtas ſive imperium, q poteſtatem habent ſe excuſare poſſunt, ſuſcepta tutelam deſerere non poſſunt. §. 3. *h. t.*

Quinta cauſa eſt lis cum pupillo vel adol ſcente de omnibus bonis, vel de maxima par bonorum. §. 4.

Sexta cauſa ſunt tria onera tutelæ vel cur non affectatæ, quamdiu adminiſtrantur. §. 5.

Septima, paupertas propter quam ſe quis one injuncto imparem poſſit docere. §. 6.

Octava, adverſa valetudo, ut ne ſuis reb ſupereſſe poſſit § 7.

Nona, imperitia literarum, niſi prudentia rerum experientia hunc defectum ſuppleat. §.

Decima, cum tutor videtur datus propter in micitias patris, ut negotiis diffuſis poſſit vexar qui vero ſe adminiſtraturum tutelam patri pr miſit, non excuſatur. §. 9.

Undecima cauſa non admittitur, ſi quis ign tus patri pupilli ſit, à quo in teſtamento tut datus eſt. §. 10.

Duod

Duodecima, ſi tutor capitales inimicitias ſine reconciliatione cum patre pupilli exercuit. §.11.

Decima tertia, ſi tutor à patre pupilli controverſiam ſtatus paſſus eſt, hoc eſt, ſi pater pupilli judicium præjudiciale contra eum exercuit, aſſerens eum eſſè ſervum aut libertum. §. 12.

Decima quarta, ætas ſenilis, id eſt, major 70. annis. §. 13.

Decima quinta, militia. §. 14.

Decima ſexta, publica profeſſio. §. 15.

Quomodo hæ excuſationes ſunt proponendæ?

Reſp. Tutor vel curator datus non appellat, ſed ſine appellatione excuſationem ſuam apud judicem competentem proponit.

Quando hæ excuſationes ſunt proponendæ?

Reſp. Diſtinguendo, vel tutor vel curator datus eſt intra centeſimum lapidem, id eſt, intra centeſimum milliare, vel ultra centeſimum lapidem, ſeu milliare: priori caſu excuſationem proponere debet intra dies 50. non utiles, ſed continuos; poſteriori caſu pro ſingulis viginti milliaribus lex ei tribuit diem unum itineris faciendi cauſa, & inſuper ei concedit 30. dies, intra quod tempus excuſationem ſuam proponere debet, qui tamen ita computandi ſunt, ut non minus ſint quam quinquaginta dies.

Quænam excuſationes ſunt curatorum propriæ?

Reſp. Hæ tres:

Prima excuſatio eſt à parte patrimonii pupillaris, quæ excuſatio tutori non convenit, quia tutor cum principaliter detur perſonæ, non rei, per conſequens etiam datur rebus.

Secunda excuſatio, quod ille qui alicujus tutelam geſſit, non poſſit cogi ejus curationem ſuſcipere; excipitur libertus. §. 18.

Tertia excuſatio eſt impropria, quod maritu excuſetur à curatione uxoris, quoniam ſe excu ſare debet. §. 19.

Si quis falſis excuſationibus uſus fuerit, quid juris erit?

Reſp. Non liberatur onere tutelæ.

AD TIT. XXVI.

De ſuſpectis Tutoribus.

Unde ſuſpecti crimen deſcendit?

Reſp. EX Lege 12. Tabb. ſuſpecti accuſati introducta eſt, crimen enim hic pr criminatione ponitur.

Quis poteſt de ſuſpecto cognoſcere?

R. Romæ prætor, in provinciis præſides.

Qui tutores ſuſpecti fieri poſſunt?

Reſp. Omnes ſive ſint teſtamentarii, ſive l gitimi, ſive dativi. §. 2.

Quid ſi patronus fuerit?

Reſp. Idem dicendum eſt, dummodo fam patroni parcatur.

Qui poſſunt ſuſpectos accuſare?

Reſp. Hæc accuſatio eſt quaſi publica, h eſt, omnibus patet, & admittuntur mulier quæ pietatis neceſſitudine ductæ ad hoc proc dunt, ut puta mater, nutrix, avia, ſoror, & il mulier quæ ſexus verecundiam non egreditur.

An impuberibus hæc accuſatio eſt permiſſa?

Reſp. Non: puberes vero ex conſilio nec ſariorum curatores ſuos ſuſpectos arguere p ſunt.

Qu

Quis dicitur ſuſpectus?

Reſp. Suſpectus dicitur qui non ex fide tutelam gerit. §. 5.

Quis eſt effectus remotionis?

Reſp. Ut ille, ſi ob dolum, famoſus fiat, ſi ob culpam, non æque. §. 6.

An hoc etiam intelligendum de culpa lata?

Reſp. Quod ſic.

Atqui culpa lata dolo comparatur. L. 32. dep.

Reſp. Hoc verum in civilibus, non criminalibus.

Quis eſt ſecundus effectus?

Reſp. Ut curator vel tutor prohibeatur pendente accuſatione res adminiſtrare. §. 7. *h. tit.*

Quibus modis finitur ſuſpecti cognitio?

Reſp. Morte tutoris extinguitur, nec in heredes tranſit. §. 8.

An non ſunt aliqui caſus, quibus non ſolum ſuſpectus removetur, ſed etiam gravius punitur?

Reſp. Hic recenſentur quatuor caſus:

Primo, ſi tutor copiam ſui non faciat, ut alimenta pupillo decernantur, tunc mittitur pupillus in poſſeſſionem bonorum tutoris. § 9.

Secundo, ſi falſo tutor aſſerat pupillum adeo eſſe pauperem, ut ei alimenta decerni non poſſint. §. 10.

Tertio, ſi quis tutelæ officium data pecunia redemerit.

Quarto, ſi libertus fraudulenter gerat tutelam liberorum patroni: his enim caſibus non ſolum removetur, ut ſuſpectus, verum etiam ad præfectum urbi remittitur puniendus. §. 11. *h. tit.*

Quid ſi tutor ſuſpectus poſtulatus cavere veli de indemnitate pupilli, an abſolvendus ſit ?

Reſp. Nihilominus removendus, ſatiſdati enim tutoris propoſitum malevolum non mu tat, ſed diutius graſſandi facultatem præſtat. § *ult. h. tit.*

A I

AD LIBRI SECUNDI TIT. I.

De rerum diviſione & acquirendo earum dominio.

[H]actenus egimus de primo juris objecto, de perſonis ſcil. modo videamus de ſecundo juris objecto, quod eſt de rebus; quid intelligimus nomine rerum?

[R]eſp. QUicquid eſt in mundo præter hominem.

An non ſervi etiam aliquando nomine rerum veniunt?

Reſp. Quod ſic; ſed tum non conſiderantur [ut] perſonæ, ſed ut res, & tanquam ſunt in do[m]inio domini.

In quibus conſiſtit jus rerum?

Reſp. Conſiſtit in *dominio, poſſeſſione, & obli[g]ationibus.*

Quid eſt dominium?

Reſp. *Dominium eſt jus, quo res nobis propria eſt.*

Quotuplex eſt dominium?

Reſp. Duplex; vel *plenum*, vel *minus plenum.*

Quid eſt dominium plenum?

Reſp. *Quando quis habet plenam proprieta[te]m*, id eſt, proprietatem cum uſufructu con[ju]nctam.

Quid eſt dominium minus plenum?

Reſp. Eſt vel *directum* vel *utile.*

Quid eſt dominium directum?

Reſp. *Quando quis habet nudam proprietatem ſine uſufructu vel utilitate, cum ſpe tamen eam recuperandi.*

Quid eſt dominium utile?

Reſp. Quando quis habet ſolam rei utilitatem ſed quæ aliunde dependet.

Ut ergo tanto melius conſtet quomodo res acquirantur, quomodo res dividuntur dicendum?

Reſp. Summa rerum diviſio eſt, quod quædam ſunt in *patrimonio*, quædam extra *patrimonium*.

Quid intelligis per patrimonium?

Reſp. *Univerſitatem quandam bonorum, quæ ſunt in noſtro dominio*, dominium enim eſt rerum ſingularum.

Sed huic diviſioni obſtat. l. 1. ff. de uſ. & uſufr leg. *ubi tertia ſpecies dari videtur?*

Reſp. Iſta lex loquitur de ſervitute ſervitutis, quæ non eſt in rerum natura, nec eſſe poteſt, & per conſequens, neque in patrimonio.

Quomodo rurſus ſubdividuntur res, quæ ſunt extra patrimonium?

Reſp. Quod quædam naturali jure communia ſunt omnium, quædam publica, quædam nullius. *pr. h. tit.*

Quænam dicuntur res communes?

Reſp. Communes ſunt, quæ omnium hominum uſu vacant, ut ſunt *aër*, *aqua profluens*, *mare* & per hoc *littora maris. l.* 15. *de cont. empt.* §. 1. *h. tit*

Quænam res dicuntur publicæ?

Reſp. Publicæ dicuntur tribus modis:
Primo, pro iis, quæ ſunt propriæ pop. Rom.
Secundo, quæ ſunt in bonis alicujus civitatis.

Tertio

Tertio, quæ ſunt deſtinatæ publicis uſibus; ic vero intelliguntur res publicæ in primo ſinificatu, & earum exempla ſunt, *flumina perennia, portus, & ripæ.*

Quid eſt ripa?

Reſp. *Ripa eſt, quæ flumen continet naturam curſus ſui rigorem tenens*; & eſt fluminis, cut littus maris, ſed differentia eſt quoad proprietatem: nam littora communia ſunt, nec in llius ſunt proprietate, riparum vero proprietas d eos pertinet qui prædia proxima poſſident. 4. *h. tit.*

Quid eſt littus?

Reſp. *Littus eſt quatenus hybernus fluctus aximus excurrit.* §. 3. *h. tit.* proprietas nullius t, ut diximus, nulla vero differentia eſt inter tora & ripas quoad uſum. §. 5. *h. tit.*

Quænam res ſunt univerſitatis?

Reſp. Univerſitatis ſunt, non ſingulorum, uæ in civitatibus ſunt *theatra, ſtadia*, & ſi qua ia ſunt communia civitatum. §. 6.

Quænam res ſunt nullius?

Reſp. Res nullius ſunt in duplici differentia, el enim ita ſunt nullius, ut non poſſint fieri icujus, vel ita ut poſſint.

Quænam ita ſunt nullius, ut non poſſint fieri alicujus?

Reſp. Quæ cenſura & hominum deſtinatione ommercio exemptæ ſunt, ut ſunt res *ſacræ, ligioſæ, ſanctæ*, quod enim divini juris eſt, id ullius in bonis eſt. §. 7.

Quænam ſunt res ſacræ?

Reſp. Sacræ res ſunt, *quæ rite per Pontifices eo conſecratæ ſunt.*

Ergo nunc non habemus res ſacras, quia non habemus Pontifices?

Reſp. Vel quod hæc definitio eſt juris Rom propria, vel quod per Pontifices intelligimu eos, qui ſacris præſunt.

An hæ res alienari poſſunt?

Reſp. Quod regulariter nec alienari, ne pignorari poſſunt, niſi id fiat redimendorum ca ptivorum gratia, & tum adhibeantur ſolemnita tes de jure requiſitæ.

Quænam illæ ſunt?

Reſp. Ut adhibeatur *cauſæ cognitio*, ut fiat cu *conſenſu totius cleri ſeu capituli*, ut adhibeatu *authoritas ſuperioris*, ſive *decretum Epiſcopi*, ſe *prælati Eccleſiæ*.

An privata authoritate res ſacra fieri poteſt?

Reſp. Quod non, nec vice verſa loca prof nari, quamvis ſacræ ædes diruantur.

Quæ ſunt res religioſæ?

Reſp. Quæ privato alicujus facto & author tate religioni, id eſt, ſepulturæ dicantur, religioſa dicuntur loca, in quæ mortui jure i feruntur.

Quis poteſt jure mortuum inferre?

Reſp. Inferre licet mortuum in locum ſuu in communem autem locum invito ſocio i ferre non licet, in commune vero ſepulchru etiam invitis cæteris inferre licet; in eum n licet, in quo quis habet proprietatem, niſi co ſentiente uſufructuario, ratio eſt, quia cum l cus religioſus fit, uſusfructus extinguitur. §. *h. tit.*

Quæ ſunt res ſanctæ?

Reſp. Sanctum eſt quod ab injuria hominu

defe

defenſum atque munitum eſt, vel, ſanctæ res ſunt, quæ ſanctione aliqua ab injuria hominum muniuntur, cujuſmodi ſunt *ſanctiones legum, muri & portæ civitatum*, quia capitis pœna ſancita eſt in eos, qui aliquid in muros deliquerint. §. 10. *h. tit.*

Cur dicit res ſanctas quodammodo divinæ juris eſſe?

Reſp. Quia aliquo modo & non vere divini juris ſunt, non enim ſunt Deo conſecratæ, ſed quia quemadmodum *ſacræ* & *religioſæ* res violari nequeunt, ita nec *ſanctæ*.

Quænam res ſunt in patrimonio ſive ſingulorum?

Reſp. Quæ ſunt cujuſque propriæ, ſive in cujuſque dominio.

Quibus modis res ſingulorum fiunt?

Reſp. Duobus generalibus: vel enim res acquiruntur nobis *jure gentium*, vel *jure civili*; non vero *jure naturali*, quia dominiorum diſtinctio *jure gentium* eſt introducta. *l.* 5. *ff. de juſt. & jur.* §. 11. *h. tit.*

Quot modis jure gentium res nobis acquiruntur?

Reſp. Variis; ſed qui tamen ad duos generales modos revocari poſſunt, vel enim res nobis acquiruntur *facto noſtro*, vel *vi ac poteſtate rei noſtræ*.

Quomodo res acquiruntur facto noſtro?

Reſp. Per *occupationem*, cum res nullius occupanti concedatur.

Quænam res eæ ſunt?

Reſp. *Feræ beſtiæ, res in bello captæ, inventa in littore maris, res pro derelicto habitæ.*

Cur

Cur feræ conceduntur occupanti?

Reſp. Quia nullius ſunt; *quod enim ante nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur,* dummodo ita nullius ſit, ut poſſit fieri alicujus.

Quo in loco feræ occupantis fiunt, an in loco proprio, an vero etiam in loco alieno?

Reſp. Quocunque loco, non tantum in ſuo, ſed etiam in alieno prædio. §. 12. *h. tit.*

Atqui non licet alienum fundum ingredi, venandi gratiâ. l.16. ff.de ſerv.ruſt.præd.

Reſp. Diſtinguendus ingreſſus à captura, ingreſſus eſt illicitus, captura licita, ſunt enim hæc ſeparata, & à ſeparatis nihil recte infertur. *l.* 3. *ff. de acq. rer. dom.*

Quouſque fera capta manet occupantis?

Reſp. Tamdiu eſt occupantis, quamdiu ab eo cuſtoditur; liberatur autem ab ejus dominio, cum ejus cuſtodiam evaſerit, & naturalem libertatem recuperaverit, quod tunc accidere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita ſit in conſpectu tuo, ut difficilis ſit ejus perſecutio. *d.* §. 12. *in fin.*

Ut autem fera per occupationem adquiratur, an ſufficit feram lethaliter vulnerari, an vero neceſſe eſt eam capi?

Reſp. Feram noſtram non fieri, niſi eam ceperimus; ut enim dominium jure gentium acquiratur, opus eſt corporali apprehenſione. *ff. de acq. vel. am. poſſ. l.* 1. §. 1. *l.*3. §. *Neratius.* §.13. *h. tit.*

Quænam animalia occupatione noſtra fiunt?

Reſp. Hic diſtinguuntur tria animalium genera: nam alia ſunt prorſus *fera*, ut *leones, urſi*; alia prorſus *manſueta*, ut *gallinæ domeſticæ*, &

anſeres

ſeres domeſtici; alia naturâ ſuâ ſunt *fera*, ſed te *manſuefacta*, ut *cervi* & *columbæ*, quæ ire redire ſolent, & apes alveo incluſæ. Prout itur tria ſunt animalium genera, ita dantur es regulæ.

Prima regula eſt, *animalia prorſus fera conceuntur occupanti.*

Secunda, *animalia manſueta ubicunque repeuntur non conceduntur occupanti*, ſed qui ea luandi animo occupaverit furti tenetur.

Tertia, *animalia manſuefacta, quamdiu ire & dire ſolent, tamdiu comparantur animalibus manetis*, adeo ut qui ea occupaverit furtum comittat: *quod ſi conſuetudinem redeundi deſeruerint, m inter fera animalia numerantur, & occupanti nceduntur.* §. 14. 15 & 16. *h. tit.*

Atqui furti actio non datur propter rem minimam?

Reſp. Id intelligendum de actione de dolo, æ eſt extraordinaria, non vero de actione rti, quæ eſt ordinaria. *pr. Inſt. vi bon. rapt.*

Secunda ſpecies earum rerum, quæ occupatione acquiruntur, quænam eſt?

Reſp. Rerum hoſtilium, quæ in bello cauntur, præſertim mobilium. §. 17. *h. tit.*

Quænam eſt tertia ſpecies?

Reſp. Eſt inventorum in littore maris. §. 18. *tit.*

Dictum eſt quomodo res acquiruntur facto noſtro per occupationem, videamus nunc quomodo res acquiruntur vi & poteſtate rei noſtræ per acceſſionem?

Reſp. Hoc modo, nobis acquiruntur duo gera rerum *fœtura* tanquam acceſſio diſcreta, *acceſſio continua*, quæ à re noſtra trahatur.

Quid

Quid eſt fœtura?

Reſp. Fœtura eſt quicquid ex re noſtra n ſcitur, tanquam ejus partus & fœtus, hoc eni modo noſtra fiunt quæ naſcuntur ex animalib noſtris, id eſt, ex ancillis vel brutis animan bus; hic enim locum habet etiam ea regu *partus ventrem ſequitur. l. 5. § Idem ſcribit. de rei vind. l. 7. C. eod. §. 19. h. t.*

Quid eſt acceſſio continua?

Reſp. *Acceſſio continua* eſt in rebus, quæ accedunt rei noſtræ ut cohæreant, & parte ejus faciant.

Quotuplex eſt hæc acceſſio?

Reſp. Duplex: vel à *fluminibus*, vel ab *hor nibus*; vulgo, vel *naturalis*, vel *induſtrialis.*

Quænam eſt acceſſio à fluminibus?

Reſp. In iis quæ accedunt inde prædiis noſt ripæ vicinis.

Quænam res hoc modo accedunt?

Reſp. Hoc modo accedunt partim res *mo les*, partim *immobiles.*

Quænam dicuntur res mobiles?

Reſp. Quæ ab aliis ripis detractæ adjiciunt prædiis noſtris.

Quot modis hæc adjectio fit?

Reſp. Duobus modis; vel *vi latente*, v *apertâ.*

Quomodo vi latente?

Reſp. Per *alluvionem.*

Quid eſt alluvio?

Reſp. *Alluvio eſt incrementum latens*, ill ſ(

til. quod flumen paulatim & latenter per alluionem agro adjicit. § 20. *h. tit.*

Quomodo vi apertâ?

Reſp. Cum vis fluminis partem aliquam de uo prædio detraxit, & meo prædio adjecit, la tua manet, niſi in meo fundo radices eget. §. 21. *h. tit.*

Quænam dicuntur res immobiles prædiis noſtris accedere?

Reſp Res immobiles, quæ prædiis noſtris accedunt, duæ ſunt; *inſula* nata in flumine, & *lveus* à flumine relictus.

Quomodo fit acquiſitio per acceſſionem in inſula?

Reſp. Inſula vel in mari nata eſt, vel in flumine. Inſula in mari nata (quod raro accidit) ccupantis fit; inſula ita flumine nata cedit præio cui propinquior eſt. unde ſi inſula in meio flumine nata eſt, communis eſt eorum, qui b utraque parte fluminis prope ripam poſſident rædia. §. 22. *h. tit.*

Quid juris eſt in alveo?

Reſp. Si flumen alveum ſuum, per quem nauraliter fluit, derelinquat, & novum alveum ibi faciat, vetus alveus ita vicinis prædiis cedit, it ſupra diximus, inſulam eis cedere; novus auem alveus eſt publici juris, ſicut flumen.

Quod ſi flumen rurſus novum alveum de erat, & ad antiquum alveum redeat, iterum antiquus lveus fit publicus, novus autem alveus non reſtituitur prioribus dominis, ſed ſecundam dictam egulam cedit prædiis vicinis. §. 23. *h. tit.*

Quid juris eſt in inundatione?

Reſp. Inundatio fundi dominium non tollit, modo

modo ſcil. non ſit perpetua, & fundi ſpecie[m] non immutet. §. 24. *h. tit.*

Quid eſt ſpecificatio?

Reſp. Specificatio eſt, *quando nova ſpecies bon[a] fide formatur & conficitur ex aliena materia.*

Quid juris eſt in ſpecificatione?

Reſp. Quando quis novam ſpeciem facit e[x] aliena materia ſic diſtinguitur. Aut res pote[ſt] reverti ad priſtinam & rudem materiam, ut va[s] poteſt reverti ad maſſam æris, vel argenti, ho[c] caſu materiæ dominus erit novæ ſpeciei domi-nus:

Aut non poteſt reverti ad priſtinam mate-riam, ut vinum ad uvas, oleum ad olivas, & hoc caſu materia cedit formæ, veluti ſi feciſ[ti] vinum ex meis uvis, tu eris dominus vini, in-tellige te feciſſe vinum *tibi, non mihi*: ſi ver[o] aliquis fecit ſpeciem partim ex ſua, partim e[x] aliena materia, hoc caſu *Imp.* videtur indi-ſtincte ſtatuere eum eſſe dominum, qui ſpecie[m] novam fecit; verumtamen diſtinctio proxim[e] tradita hic eſt repetenda, adeo ut ita demu[m] hic, qui ſpeciem facit, dominus evadat, ſi re[s] ad priſtinam materiam reduci non poſſit. *l.* 27 §. *ult. ff. de acq. rer. dom.* §. 25. *h. t.*

Quomodo nunc ab hominibus per artem ac-ceſſio fit?

Reſp. Duobus modis facto hominum acce[ſ]-ſione rei alienæ ad res noſtras nobis acquiritu[r] vid. *conjunctione*, & *confuſione.*

Quid eſt conjunctio?

Reſp. Conjunctio eſt, quando duæ res i[ta] conjunguntur, & inter ſe cohærent, ut tame[n] integra maneat, & diſcreta corporum prioru[m] ſubſtantia.

Quo

Quot ſunt hujus conjunctionis ſpecies?

Reſp. Quod duæ ſunt hujus conjunctionis ſpe-s; una cum res ita junguntur aliis, ut in his iquam ſubjecto conſiſtant, & ſine his eſſe non ſſint, ut *ædificium areæ, ſcriptura chartæ*: al-a, cum res poſſunt quidem per ſe conſiſtere, tamen junctæ nihil amplius quam ejuſdem rporis additamentum habent, ut cum *pur-ra veſtimento, pes ſtatuæ, anſa ſcypho* adjicitur.

Quid igitur juris, ſi quis veſtimento ſuo purpuram alienam intexuit?

Reſp. Eum, qui purpuram alienam, veſtimen- ſuo intexuit, fieri dominum purpuræ, nam rpura veſtimento intexta, tanquam acceſſio, ſtimento cedit, tametſi veſtimento pretioſior §. 26. *h. tit.*

Quid eſt confuſio?

Reſp. Confuſio eſt, cum duorum materiæ li-idæ ita inter ſe & in unum corpus permiſcen-, ut in ſua ſubſtantia non permaneant, veluti n *vinum* cum *vino* miſcetur, vel *argentum* n *argento.*

Quid juris eſt in confuſione?

Reſp. Hic diſtinguendi ſunt tres caſus; vel im confuſio fit *voluntate utriuſque domini, vel trius, vel unius tantum.*

Primo caſu, corpus quod ex confuſione fit, mmune eſt.

Secundo caſu, vel materiæ poſſunt ſeparari, l non; ſi poſſunt ſeparari, manet cujuſque materia, cujus ante fuerat: veluti ſi tuum gentum cum ære meo mixtum fuerit.

Si vero non poſſunt ſeparari, ut ſi unius ar-ntum cum alterius argento miſtum fuerit, to-tum

tum corpus, quod ex confuſione fit, commū eſt. §. 27. *h. tit.*

Tertius caſus hic ab *Imp.* omittitur; ſed cendum eſt, ſi facta ſit nova ſpecies, veluti ſi vino tuo & melle meo mulſum fecerim, e eſſe dominum qui fecit, ſi vero non ſit fac nova ſpecies, quamvis materiæ ſeparari n poſſunt, tum non eſt dominus qui confudit m terias, ſed maſſa vel corpus commune eſt. *l.* §. 1. *ff. de rei vind.*

Quid eſt commixtio?

Reſp. *Commixtio* eſt, cum ex pluribus reb aliæ ad alias ſic accedunt, ut ſimul quidem ſi attamen ita, ut ſingula corpora in ſua ſubſtan maneant, & quod ex his componitur dicitur partibus diſtantibus conſtare; ſic dicuntur m ſceri grana frumenti ex quibus fit *acervus*, v oves, ex quibus ſit *grex*.

Quid ergo juris eſt in hac commixtione?

Reſp. Sic diſtinguitur ut in confuſione, periori §. 27. aut enim res commiſcentur *luntate utriuſque*, aut *neutrius*, aut *unius*, *prio caſu* corpus fit commune, *ſecundo* vero & *ter caſu*, nihil communicatur, quia ſingula corpo in ſua ſubſtantia permanent. §. 28. *h. tit.*

Quæ eſt altera conjunctionis ſpecies?

Reſp. Cum id quod conjungitur tanquam a junctum cedit ſubjecto, ita *ædificium* jungit *areæ, plantæ & ſata ſolo, ſcriptura chartæ, p ctura tabulæ.*

Quid igitur juris eſt in his omnibus?

Reſp. *Ædificium cedit ſolo*, ſive quis ex ali na materia ædificavit in ſuo ſolo, ſive ex ſua m teria in alieno ſolo: ſi tamen quis ex ſua m teria in alieno ſolo ædificavit cenſetur dona

materiar

ateriam, nec dominus ſoli tenetur ei reſtituere
penſas, niſi probet ſe non habuiſſe animum
nandi. §. 29. & 30. *h. tit.*

De planta ſimilis datur regula, *planta cedit*
ſo, dummodo radices egerit, nec intereſt, u-
m aliquis alienam plantam in ſuo ſolo, an
ro ſuam in alieno ponat. §. 31. *h. tit.*

Idem quoque de ſatis intelligendum, *ſata ce-*
nt ſolo, ſed ei, qui bona fide in alieno ſolo
vit, reſtitui debent impenſæ, quemadmodum
ei qui bona fide ædificavit, vel plantavit.
32. *h. tit.*

De ſcriptura quoque ſimilis datur regula, *ſcri-*
ura cedit chartæ, id eſt, ille eſt dominus ſcri-
uræ, qui eſt dominus chartæ. §. 33. *h. tit.*
ceptio tamen eſt in *pictura*, ut non pictura
bulæ, ſed tabula ei cedat, quod ſatis explica-
r *h.* §. 34.

Eſt-ne etiam alia exceptio ab eadem regula in fructuum perceptione, à bonæ fidei poſſeſſore facta?

Reſp. Eſt; nam bonæ fidei poſſeſſor fructus
os facit non jure ſoli, ſed perceptione pro
ltura & cura, quam in re aliena colenda ad-
buit.

Quid ergo juris eſt hoc caſu?

Reſp. Fructus perceptione ſuos faciunt *bonæ*
ei poſſeſſores, fructuarii & *coloni.* In fructibus
iam eſt diſtinctio; vel enim ſunt *veri*, vel
aſi, & *veri* rurſus vel *naturales*, qui ſponte
oveniunt, ut *herba, poma*; vel *induſtriales*,
i induſtriam hominis requirunt, ut *frumen-*
m: Bonæ fidei poſſeſſor omnes fructus *tam*
ros, quam quaſi, tam naturales, quam indu-
riales ſuos facit ſola perceptione, ſed tamen ita,
extantes reſtituere teneatur, conſumptos vero
cratur. Malæ

Malæ fidei vero poſſeſſor *nullus fructus luc* *tur*, quinimo non tantum de conſumptis, rum etiam non perceptis tenetur. §.35.*h.tit.*

Quid juris eſt in fructuario?

Reſp. Fructuarius diſtinguitur à bonæ fi poſſeſſore, quia fructus bonæ fidei poſſeſſori quiruntur omnimodo, & per quemcunque parati ſint à fundo; fructuarius vero eos fruc non aliter ſuos facit, niſi ipſe eos percipiat, alius ejus nomine; *qui enim per alium facit, ſe facere videtur.* §. 36.

Quid eſt theſaurus?

Reſp. *Theſaurus eſt vetus depoſitio pecun cujus initii non extat memoria*, ita ut domin jam non habeat. *l.* 31. *ff. de acq. dom.*

Quid juris eſt in inventione theſauri?

Reſp. Aut aliquis invenit theſaurum in lo ſuo, & tum totum ſibi acquirit, aut in loco cro, aut religioſo, etiam totum ſibi acquiri aut in loco alieno, & tum ſi caſu fortuito venit, dimidiam ſibi retinet, alteram dimidi domino ſoli reſtituet, ſi data opera nihil luc tur. §. 39. *h. tit.*

An non etiam alio modo facto noſtro res nobis acquiruntur?

Reſp. Quod ſic, ſcil. per traditionem.

Quænam res per traditionem acquiruntur?

Reſp. Alienæ.

Quid eſt traditio?

Reſp. *Eſt poſſeſſionis tranſlatio.*

Quænam requiruntur ut traditio fiat?

Reſp. Sex; *primo*, ut dominus ſit qui trad *ſecundo*, ut accipiens is ſit qui accipere poſ

tert.

tio, ut utriuſque is ſit animus, ut dominium nsferatur, *quarto*, ut res ſit quæ tradi poſſit ſundum leges, & quæ ſit in commercio, *into*, ut ſit cauſa legitima, ſive titulus juſtus, *to*, ut vacua poſſeſſio transferatur. §.40. *h. tit.*

An non in re ex cauſa venditionis tradita quid ſpeciale eſt?

Reſp. In venditione non ſufficere cauſam & ditionem, ſed inſuper requiri ut emptor venori pretium ſolvat, aut alio modo ſatisfaci- §. 41.

n in traditione facienda nihil intereſt utrum dominus rem tradat, an ejus voluntate alius?

Reſp. Quod non; ſi enim procurator nomi- domini rem tradat, perinde eſt ac ſi domis ipſe tradidiſſet. §. 42. *h. tit.*

Quotuplex eſt traditio?

Reſp Duplex; vel *vera*, vel *ficta*.

Quot ſunt genera fictæ traditionis?

Reſp. Quatuor; *primum genus eſt* traditio, ocedens ex cauſa ad dominium transferenm non idonea; *exemp. grat.* rem tibi tradidi cauſa depoſiti, poſtea tibi vendidi, hujus rei minium acquiris ſine nova traditione, quaſi ditio ſit facta ex cauſa venditionis cum ana tradita fuerit ex cauſa depoſiti. §. 43.

Secundum genus eſt, ſi quis tradat claves hori vel cellæ vinariæ, hæc enim eſt quaſi tradio frumenti, vel vini. §. 44.

Tertium genus eſt, traditio miſſilium, quæ prociuntur ut occupantium fiant, non enim vere aduntur, ſed quaſi. §. 45.

Quartum genus eſt, tertio ſimile, cum domius rem ſuam habet pro *derelicto*, nam tum coneditur occupanti. §. 46.

Quæ-

Quænam ſunt res pro derelicto habitæ ?

Reſp. Quas dominus eo animo abjecit, u numero rerum ſuarum eſſe nolit. §. 47.

Non habentur autem pro derelicto ea, q in tempeſtate levandæ navis cauſa ejiciunt quia palam eſt eas eo animo non abjici qu quis eas habere nolit, ſed quo magis cum i nave periculum maris effugiat. §. *ult. hic.*

AD TIT. II.

De rebus corporalibus & incorporalibus

Eſtne etiam alia diviſio rerum præter ſupra dictam ?

Reſp. EST, namque res dividuntur etiam *corporales* & *incorporales.*

Quænam ſunt res corporales ?

Reſp. Res corporales ſunt, *quæ ſui natu tangi & oculis cerni poſſunt*, Exemp. gr. *fund homo, veſtis, aurum, argentum, &* denique al res innumerabiles. Non ſolum autem res ſi gulæ, ut hic vel ille *fundus*, hæc vel illa *veſt* ſed etiam genera, ut *fundus*, *veſtis*, quæ à *Pi loſophis ſpecies* dicuntur, rebus corporalibus a numeranda videntur.

Quænam ſunt res incorporales ?

Reſp. Res incorporales ſunt, quæ tangi, d monſtrarive non poſſunt, cerni tamen anim atque intelligi poſſunt: tales ſunt res *quæ jure conſiſtunt.*

Quid hoc eſt in jure conſiſtere ?

Reſp. Dicuntur res in jure conſiſtere, qu alioqui revera & natura nullæ in ſolo jure h bent ut conſiſtant, dum ſcil. hujus authorita

perinc

inde habentur quaſi eſſent: quod fit dum
dem illis tum adjuncta, tum effecta tribuun-
, quæ rebus vere exiſtentibus, ut acquiſitio,
um conſervatio, amiſſio, earum fruitio &
ſecutio.

Da harum rerum exempla?

Reſp. Exempla harum rerum hic ab Imp.
umerantur quatuor, ſcil. *hereditas*, *uſusfru-*
s, *uſus*, *& obligationes* quoquomodo contra-
e: non quaſi non ſint plura, ſed hoc exem-
tantum cauſa ſit, & quia de his rebus potiſ-
um tractaturus eſt in ſequentibus:

*Sed dicat aliquis, in hereditate eſſe res corpora-
les, in obligationibus plerumque corpus ali-
quod verſari, & in uſufructu percipi fructus,
qui certe ſunt corporales, ergo hereditas,
obligatio, uſusfructus, non ſunt res incorpo-
rales, ſed potius corporales?*

Reſp. Imp. *hic* §. 2. diſtinguendum eſſe in-
hereditatem & *res hereditarias*, inter *obli-*
tionem, & res quæ debentur ex *obligatione*,
er *uſumfr.* & *fructus*, illa enim incorporalia
nt, tametſi hæc ſint corporalia: Non recte
tur Seneca *lib. 6. de benef.* JCtos reprehendit,
i hereditatem à rebus & corporibus heredi-
iis ſeparant; non enim ipſa corpora per ſe
nſiderantur, ſed jus univerſale, quod corpora
ntinet, magis enim dignum trahit ſe minus
gnum.

*Suntne etiam alia exempla rerum incorpo-
ralium?*

Reſp. Imp. *hic in* §. *ult.* eodem numero ha-
t jura prædiorum urbanorum, & ruſticorum,
æ etiam *ſervitutes* appellantur, de quibus
nſequenter dicendum *tit. ſeq.*

AD

AD TIT. III.

De ſervitutibus prædiorum.

Quid eſt ſervitus?

Reſp. S*Ervitus eſt jus, quo res aliena cor*
ralis præter naturam alteri rei vel p
ſonæ utilitatem præſtat. Fab. *hic.*

Quotuplex eſt ſervitus?

Reſp. Duplex; *realis*, vel *perſonalis.*

Quæ eſt ſervitus realis?

Reſp. Cum alicujus res aliis rebus ſerv
ſive utilitatem præſtat, & hæc adeo rebus
hæret, ut perſona ſublata, non tamen tolla
ſervitus; prædium autem cui debetur ſervit
dicitur *prædium dominans*, alterum prædi
quod patitur ſervitutem, *ſerviens* nominatur

Quid eſt ſervitus perſonalis?

Reſp. Eſt, cum res ſervit perſonæ; ut *u*
fructus, uſus, & *habitatio.*

Quid hoc eſt, ſervire perſonæ, an non omnis ſe
vitus perſonæ aliquam utilitatem præſtat?

Reſp. Servire perſonæ ſignificat non media
ſed immediate aliquam perſonæ utilitatem p
ſtare, ac ita cohærere perſonæ, ut cum ea
tinguatur.

Unde ſervitutes denominationem habent?

Reſp Servitutes à prædio vel perſona do
nante denominationem habent, nam ſemper
ſpiciendum, cui debeatur, ſi ſervitus rei deb
tur, eſt *ſervitus realis*, ſi perſonæ, eſt *perſonal*

Quotuplex eſt ſervitus realis?

R

Reſp. Servitutes reales, vel ſunt *ruſticæ* vel *banæ*.

Quæ ſunt ruſticæ?

Reſp. Quæ prædiis ruſticis debentur.

Quæ ſunt urbanæ?

Reſp. Quæ ædificiis debentur; ſemper enim eo cui debetur ſervitus denominata eſt: ſi ur prædio ruſtico debeatur ſervitus, *ſervi- ruſtica* dicitur; ſi prædio urbano, *urbana.*

Quomodo hæc duo prædiorum genera diſcernuntur?

Reſp. Non *loco*, ſed *uſu* vel *materia*; nam ædium urbanum dicitur *omne ædificium, quod itandi cauſa extructum eſt*, nec refert *quo lo-* cætera ſunt prædia ruſtica, ut *agri, horti,* . nec refert quo loco. *l. urbana.* 198. *ff. de b. ſign.* Utrumque igitur prædii genus tam rbe, quam extra urbem, eſſe poteſt.

uot ſervitutum ſpecies hic in pr. *declarantur?*

Reſp. Imp. exponit quatuor ſervitutes ruſti- nimirum, *iter, actum, viam, aquæductum.*

Quid eſt iter?

Reſp. *Iter eſt jus eundi, ambulandi hominis, etiam jumentum ducendi vel vehiculum.* pr. Iter igitur eſt ſervitus ruſtica, non reſpectu inis ſed prædii, quoad commodum præ- facit, ſi enim tantum utilitatem certæ perſo- iter concernat, ſervitus erit *perſonalis.*

erbi gratia; habebam ego fundum, habe- & tu fundum in propinquo: cum in meum vellem, opus erat magno circuitu, rogavi te pactus ſum, ut mihi per fundum tuum ire ret; nam hæc via compendio ducebat in dum meum, tu mihi iter conceſſiſti, ut tran-

ſire poſſem per tuum fundum, ſed neque cu jumento, neque cum vehiculo, poſſum tam & lectica portari & equo vehi, ire enim di tur non tantum pedibus ſuis, verum etiam ali nis.

Quid eſt ambulare?

Reſp. *Ambulare eſt ire & redire, atque in ſ veſtigia regredi, ad utilitatem prædii,* & n tantum amœnitatis cauſa. *l.* 8. *ff. de ſerv.*

Quid eſt actus?

Reſp. *Actus eſt jus agendi jumentum, vel v hiculum*; itaque qui habet iter, actum non h bet, ſed qui actum habet, & iter habet, eoq uti poteſt ſine jumento.

Quid eſt via?

Reſp. *Via eſt jus eundi, & agendi, & amb landi hominis*; nam *iter* & *actum via* in ſe co tinet.

Quid eſt aquæductus?

Reſp. *Eſt jus aquæ ducendæ per fundum al num.*

Quæ ſunt ſervitutes urbanæ?

Reſp. *Quæ ædificiis inhærent*, aut quæ æc ficiis urbanis debentur.

Quot ſunt ſpecies harum ſervitutum?

Reſp. Sex:

Primo, ut vicinus, id eſt vicini ædificiu *onera vicini*, id eſt, prædii ad vicinum per nentis, *ſuſtineat.*

Secundo, jus immittendi tignum in parietem v cini.

Tertio, ut vicinus ſtillicidium, vel flumen re piat; flumen, id eſt, canalem.

Quart

Quarto, ut *ſtillicidium*, vel *flumen* non reci-
t.
Quinto, ne quis altius ædes tollat.
Sexto, ne quis luminibus vicinarum ædium offi-
t. §. 1. *hic.*

Suntne etiam ſervitutes aliquæ, quæ ſunt aliquo modo dubiæ, ut videri poſſint eſſe potius perſonalia jura, quam jura prædiorum? L. 6. ff. de ſerv. ruſt. præd.

Reſp. Sunt, & recenſentur *hic* §. 2.

Quot ſunt ſpecies?

Reſp. Quinque: primo *aquæ hauſtus*; ſecun-
pecoris ad aquam appulſus; tertio *jus paſcendi*;
rto, *calcis coquendæ*; quinto, *arenæ fodien-*
quæ omnes ſervitutes ſic accipi debent, ut
ſtitutæ ſint in gratiam vicini prædii, alio-
n non eſſent ſervitutes prædiales, ſed perſo-
a jura.

ur ergo hæ ſervitutes prædiorum ſervitutes appellantur?

Reſp. Quia ſine prædiis conſtitui nequeunt:
no enim poteſt acquirere ſervitutem urba-
n, niſi habeat prædium urbanum; vel ſervi-
m ruſticam, niſi habeat prædium ruſticum.
. *h.*

Quare non addit Imp. neminem poſſe præſtare ſervitutem ruſticam vel urbanam, niſi ruſticum vel urbanum prædium habeat?

Reſp. Quia appellationes ſervitutum ſumun-
à prædiis dominantibus, non à ſervientibus;
ro ſicuti in ſervitutibus requiruntur duo præ-
dominans & *ſerviens*, ita etiam requirun-
duæ perſonæ, quia ea prædia non poſſunt
unius domini, ſecundam illam regulam ju-
Nemini res ſua ſervit.

Quibus modis ſervitutes conſtituuntur?

Reſp. Duobus modis, tam contractibus i
ter vivos, quam in ultima voluntate; nam t
ſtator teſtamento ſuo heredem damnare pot
ad ſervitutem præſtandam. §. *ult. hic.*

Quomodo contractibus conſtituitur ſervitus?

Reſp. Hæ conventiones per ſe quidem n
conſtituunt ſervitutem, ſed pariunt obligat
nem perſonalem ad ſervitutem conſtituendar
ipſa autem ſervitus conſtituitur, uſu dom
prædii dominantis, & patientia domini præ
ſervientis, quæ pro traditione habentur.

AD TIT. IV.

De Uſufructu.

DIximus de ſervitutibus realibus, ſequi
ut videamus de perſonalibus.

Quid eſt ſervitus perſonalis?

Reſp. Eſt, *qua res vel perſona ſervit perſo
in cujus dominio non eſt*, & dicitur perſona
quia perſonæ debetur, ut *uſusfructus*, *uſus*, &
bitatio.

Quid eſt uſusfructus?

Reſp. *Eſt jus alienis rebus utendi fruen
ſalva rerum ſubſtantia.* Eſt autem jus in c
pore, quo ſublato, & ipſum tolli neceſſe e
per *jus*, intelligimus legitimam facultatem, j
tributam, metonymia continentis pro conten

Alienis rebus; nemo enim ſervitutem tal
in re propria habet, hinc DD. duplicem uſu
fructum conſtituunt, *cauſalem* & *formalem*. *C
ſalis* eſt, qui cauſam dominii habet, cum ſcil. uſ
fructus cum ſua cauſa, id eſt proprietate e
junc

nctus eſt. *Formalis* eſt, quando uſusfructus à oprietate ſeparatus eſt, & hoc caſu ſervitus eſt, de tali uſufructu *hoc tit.* agitur.

Rebus, ſubintellige corporalibus, quia uſus-uctus eſt jus in corpore.

Utendi, fruendi, uti, eſt tractare, & exercere m ad eum uſum, ad quem eſt deſtinata; frui t, tantum commodorum ex re aliqua percipere, antum inde percipi poteſt, ſive ipſe ea fruatur quis, ſive alii fruendam locet. Itaque minus is eſt *in uſu quam in fructu.* §. 1. *infr. de uſ. hab.*

Salvâ rerum ſubſtantiâ, quia fructuarius non bet rem corrumpere, aut in aliam formam nſmutare, ſed ita uti frui, ut ſalva maneat re-m ſubſtantia.

Quibus modis conſtituitur uſusfructus?

Reſp. Uſusfructus conſtituitur iiſdem modis, ibus ſervitutes conſtitui diximus: hoc eſt, ter vivos pactionibus, atque ſtipulationibus, t in ultima voluntate, quando uſusfructus à oprietate ſeparationem recipit, quod tribus ca-us accidit, quando teſtator uni legavit uſum-uctum, vel nudam proprietatem, vel alii pro-ietatem, alii uſumfructum, ut *hic* §. 1. expli-tur.

Conſtituitur etiam uſusfructus pactionibus, eſt, quibuſcunque contractibus inter vivos. Conſtituitur etiam uſusfructus longa poſſeſſio-, quæ ſufficiat ad uſucapionem. *l.* 8. *C. de ufr.*

Item ſententia judicis; quando ſcil. judex in miliæ erciſcundæ, aut communi dividundo dicio, alii proprietatem, alii uſumfr. adjudicat.

Poſſet tamen objici, quod nullus eſſet proprietatis uſus, cum apud alium ſit uſusfructus rei.

Reſp. Ne tamen in totum inutiles eſſent p prietates, placuit certis modis extingui uſum & ad proprietatem reverti. §. 1. *h. tit.*

Quibus in rebus uſusf. conſtituitur?

Reſp. Uſusfructus conſtituitur in iis rebus, quæ ipſo uſu non conſumuntur, ut *fundi, æd.* In iis rebus, quæ ipſo uſu non conſumunt, *verus* & proprie dictus conſtituitur; in iis tem rebus, quæ ipſo uſu conſumuntur, ut *num, oleum,* non eſt *verus,* ſed *quaſi uſusf. ctus,* propterea quod fructuarius non utitur fr tur ſalva ſubſtantia, ſed eam conſumit, nec nito uſufructu reddit idem corpus, quandoq dem illud conſumpſit, ſed aliud ejuſdem ge ris, quantitatis, & qualitatis, vel æſtimat nem.

Quomodo introductus eſt hic quaſi uſusfructus

Reſp. Hic quaſi uſusfructus SC*to* introduc eſt, quod hanc formam dedit, ut uſufructuar caveat, ſe uſufructu finito vel tantundem æſtimationem reſtituturum, id eſt, cum ip fructuarius morietur, vel capite minuetur, q his duobus ſolis modis hic quaſi uſusfructus tinguitur. *l. 7. ff. h. tit.*

An ergo cautio illa eſt de ſubſtantia uſusfructus?

Reſp. Non eſt; etſi enim teſtator in teſ mento ſuo non poſſit hanc legem dicere, cautio præſtetur, heres tamen eam remitt poteſt, ex ratione *l. 29. C. de pact.* ſic igitur ſ tuendum, cautionem eſſe neceſſario præſta dam, niſi heres eam tacite vel expreſſe rem tat; quod vero *SCtum* caveri vult, id accipie dum eſt, niſi heredi aliud placeat.

Quomodo intelligendum, quod hic dicitur, l

res neque naturali ratione, neque civili recipere uſumfructum?

Reſp. Ideo non *naturali ratione*, quia non lva manet ſubſtantia; ideo non *civili ratione*, ıia rei proprietas tranſit in fructuarium.

Quare Senatus non conſtituit harum rerum verum uſumfructum?

Reſp. Quia non potuit, obſtante ſc. naturali : civili ratione.

Quibus modis verus uſusfructus finitur?

Reſp. Septem modis:

Primo, *morte naturali* uſufructuarii; nam ıſusfructus eſt jus perſonale quod non tranſit l heredes, ſed cum perſona interit.

Secundo, *morte civili*, id eſt, maxima vel mea capitis deminutione.

Tertio, *ſi fructuarius modo debito non utatur*; ·imo enim debet uti tanquam bonus paterf. einde debet uti eo modo, qui eſt conſtitutus.

Quarto, *ſi uſusfructuarius non utatur per temıs conſtitutum*, id eſt, ſpatio 10. vel 20, annoım. *l. pen. C. h. tit.*

Quinto, *Ceſſione*: fructuarius enim poteſt jus um proprietario cedere; *cedendo enim extrao nihil agit*, quia uſusfructus cum ſit jus pernale, non poteſt à perſona ad perſonam tranſe. Ideo autem proprietario cedi poteſt, quia er talem ceſſionem interit, cum autem interit, l proprietatem revertitur.

Hoc autem *nihil agit*, intelligendum in utilitem ejus cui ceditur, aliquid tamen agitur ıatenus uſusfructus perit fructuario.

Sexto, *conſolidatione*, id eſt, cum fructuarius :quirit proprietatem, aut proprietarius uſumuctum.

Quotieſcunque enim uſusfructus cum pr-
prietate conjungitur, omnino interit.

Septimo, rei interitu vel mutatione, id e
corporis ex quo fructus percipiuntur, adeo
extinctis ædibus, ne areæ quidem uſusfruct
debeatur.

Cum jam totus uſusfructus finitus eſt, quid juris?

Reſp. Revertitur ad proprietatem, & ex
tempore, nudæ proprietatis dominus inci
plenam in re habere poteſtatem.

Ad Tit. V.

De uſu & habitatione.

POſtquam expoſuimus primam ſervitutem p-
ſonalem, ſcil. *uſumfructum*, reſtat ut reliqu
duas, *uſum ſcil.* & *habitationem*, videamus.

Quid eſt uſus?

Reſp. *Uſus eſt jus rebus alienis utendi, ſal
rerum ſubſtantia.*

Quibus modis conſtituitur uſus?

Reſp. Iiſdem illis modis quibus uſusfruct
conſtituitur, etiam nudus uſus conſtitui ſol
& iiſdem illis modis finitur, quibus & uſusfr
ctus finiri ſolet. *in pr. hic.*

Quæ eſt igitur differentia inter uſumfructum & uſum?

Reſp. Minus juris eſt in uſu, quam in u
fructu, in iis ſcil. rebus, quæ uſu non con
muntur: qui enim fundi habet nudum uſu
nihil ulterius habere intelligitur, quam qu
rebus in fundo natis ad uſum quotidianum u
tur, cum ille, qui uſumfructum habet, etia
fr

i poſſit ad compendium. Deinde, qui uſum
bet, nulli alii jus quod habet, aut locare, aut
ndere, aut gratis concedere poteſt, cum is qui
umfructum habet, poſſit hæc omnia facere,
quia aut pretium percipit, aut mercedem,
beneficii debitorem acquirit, quæ omnia
nt in fructu & emolumento rei. §. 1. *h. tit.*

Quid continetur uſu ædium ?

Reſp. Uſu ædium continetur, ut ipſe tantum
habitet, nec hoc jus ad alium transferre poſſit;
vix receptum eſſe videtur, receptum tamen,
hoſpitem ei recipere liceat. §. 2. *h. tit.*

Quid juris in uſu ſervi ?

Reſp. Is, ad quem ſervi uſus pertinet, ipſe
ntum opera atque miniſterio ejus uti poteſt;
em juris in jumento. §. 3. *h. tit.*

Sed in uſu pecorum vel ovium quid juris ?

Reſp. Hoc; ut uſuarius iis ad ſtercorandum
ntaxat utatur: lana vero, agnis, & lacte non
tur, quia ea in fructu ſunt, quamvis modici
tis uſus ei ſit permiſſus. §. 4. *hic.*

Tertia ſervitus perſonalis eſt habitatio:
Quid eſt habitatio?

Reſp. *Eſt jus habitandi in ædibus alienis ſal-*
earum ſubſtantia.

An ergo habitatio non differt ab uſufructu,
& ab uſu ?

Reſp. Omnino; ſi cui habitatio legata, ſive
quo modo conſtituta ſit, neque uſus videtur
eque uſusfructus, ſed quaſi proprium aliquod
s conſtitutum.

Tres igitur ſunt differentiæ:

Primo, uſusfructus, vel uſus eſt merum jus;
bitatio vero magis in facto, quam in jure con-
tit.

Secundo, habitatio non amittitur non uten neque capitis deminutione. *l.* 10. *ff. h. t.* u fructus vel uſus amittitur.

Tertio, habitatio locari poteſt. §. 5. *h.* uſus non poteſt locari.

Expoſuimus quibus modis jure gentium acquiruntur, modo videamus, quomodo leg mo & civili jure acquiruntur.

AD TIT. VI.

De uſucapionibus, & longi temporis præſcriptionibus.

Quinam ergo ſunt modi, quibus rerum domi minium jure civili acquiritur?

Reſp. HOrum modorum alii ſunt particula quibus res ſingulæ acquiruntur, *uſucapio*, *donatio*, *legatum*, & *particulare fi commiſſum*; alii univerſales, quibus acquirun univerſitates bonorum, ut *hereditas*, *bonor poſſeſſio*, *acquiſitio per arrogationem*, & *addi bonorum*: qui quidem modi deinceps ab *I* explicabuntur, ſumpto initio à modis partic ribus, propterea quod etiam modi juriſgenti ſupra expoſiti particulares ſunt.

Primus autem modus particularis eſt uſu pio, *de qua in hoc tit.*

Quid eſt uſucapio?

Reſp. *Uſucapio eſt adjectio dominii per con nuationem poſſeſſionis temporis lege definiti.* L. ff. h. tit.

Cur dicis adjectio?

Reſp. Quia jus civile veteri domino dor nium aufert, & poſſeſſori id tacite appor ſive adjicit. *l.* 1. *ff. h. tit.*

Cur additur per continuationem poſſeſſionis?

Reſp. Quia ſine poſſeſſione, eaque continuata, ſucapio non procedit. §. 12. *h. tit.*

Cur dicitur temporis lege definiti?

Reſp. Quia non quolibet tempore, ſed eo uod legibus definitum eſt, uſucapio perficitur.

Quæ eſt origo uſucapionis?

Reſp. Origo uſucapionis eſt ex jure civili. . *hic.*

Quare hoc jure uſucapio introducta?

Reſp. Propter æquitatem, ne rerum dominia mper ſint in incerto, & ut aliquis ſit litium nis.

Quænam requiruntur, ut uſucapio procedat?

Reſp. Quinque requiruntur: *Primo*, bona des; *Secundo*, juſta cauſa, ſive titulus idoneus l transferendum dominium; *Tertio*, tempus gitimum ſeu lege definitum, hoc eſt, ſi res ſit obilis, *triennium*, ſi immobilis, inter præſenes *decennium*, inter abſentes *viginti anni*; *Quar-*, poſſeſſio, eaque continua, neque interrupta; *uinto*, ut res careat vitio: quæ omnia à DD. is verſiculis comprehenduntur.

Non uſucapies niſi ſint tibi talia quinque;
Bona fides, juſtus titulus, res non vitioſa,
Ut res tradatur, poſſeſſio continuetur.

An omnes res uſucapi poſſunt?

Reſp. Non; excluduntur enim, *Primo*, res uæ non ſunt in commercio, *ut liber homo, res ivini juris.* §. 1. h. tit.

Secundo, res furtivæ & vi poſſeſſæ; adeo, ut on tantum à fure aut violento poſſeſſore uſuapi non poſſint, ſed nec ab ullo alio poſſeſſoe, etiam per mille manus ambulaverint, pro-

pter

pter vitium rei inhærens, quod ipſam rem ſ quitur, velut lepra leproſum. §. 2. & 3. *h. ti*

Atqui hoc pacto fiet, ut vix unquam rei m bilis procedat uſucapio, quia qui ſciens re mobilem alienat, ejus furtum committit. §. in fin. hic.

Reſp. Interdum tamen fit, ut quis rei alien furtum non committat, procedatque uſucapi utpote ſi heres rem defuncto commodatam, a locatam, aut penes eum depoſitam exiſtima hereditariam, id eſt, defuncti propriam eſſ bona fide accipienti vendiderit, aut donaver aut dotis nomine dederit, ſine dubio acc piens uſucapare poterit, quoniam bona fi poſſidet, & res furti vitio caret, quoniam h res qui bona fide vendidit, credens eſſe ſuan furtum committere dici non poteſt, cum fu tum ſine affectu furandi non committatur. §. *h. tit.* quod etiam aliis modis contingere pote ut ſine vitio rei procedat uſucapio. §. 5. 6. 7. *h. t.*

An ergo nunquam rei furtivæ, vel vi poſ-ſeſſæ procedit uſucapio?

Reſp. Res furtiva vel vi poſſeſſa vitio purg to uſucapi poteſt: tunc autem vitium purg tur, quando in domini poteſtatem reverſa e §. 8. *h. tit.*

An non ſunt etiam aliæ res, quæ propter alias causas uſucapi non poſſunt?

Reſp. Sunt; nam *res fiſci* ſive fiſcales, id e jam fiſco acquiſitæ, uſucapi non poſſunt, idq favore fiſci, propter utilitatem publicam. Bo autem vacantia, quamvis ad fiſcum pertinean tamen antequam fiſco nuntiata ſunt, uſucapi pc ſunt. §. 9. *h. tit.*

Quoniam in uſucapione etiam titulus requir tu

tur, quid dicis de errore circa titulum: veluti ſi quis cum non emerit emiſſe ſe exiſtimans poſſideat, vel cum ei donatum non fuerit, quaſi ex donatione poſſideat?

Reſp. Quod error falſæ cauſæ uſucapionem on parit. §. 11. *h. tit.* neque enim qui ex nul- cauſa poſſidet opinione ſua efficere poteſt, ut oſſideat ex aliqua; neque qui poſſidet ex inju- a, ut poſſideat ex juſta; neque qui poſſidet ex ıa cauſa, ut poſſideat ex alia.

Quia, ut diximus, *requiritur etiam poſſeſſio non interrupta, quæritur an morte uſucapientis uſucapio non interrumpitur?*

Reſp. Quod non; ſed continuatur in perſo- heredis, quia tempus quo defunctus poſſedit, tempus quo heres poſſidet conjunguntur, que ita continuatur, licet heres ſciat prædi- n alienum eſſe: quod ſi teſtator initium juſtum on habuit, heredi licet ignoranti poſſeſſio non odeſt. §. 12. *h. tit.*

Quid dicis de emptore & venditore?

Reſp. Si uſucapiens rem vendiderit, poſſeſſio on interrumpitur, ſed uſucapio procedet, quia mpus inter emptorem & venditorem conjun- tur, ita ut uſucapio procedat, ſi bonam fidem ıbuerit emptor, quamvis malam fidem habue- t venditor.

An non interdum ſine uſucapione dominium rei alienæ acquiritur?

Reſp. Quod ſic, in re à fiſco, vel Principe, el Auguſta vendita, & tradita, prout latius ex- onitur §. *ult. h. tit.*

AD

AD TIT. VII.

De Donationibus.

Quis eſt ſecundus modus acquirendi dominium jure civili?

Reſp. SEcundus modus particularis acquire dominium, eſt *donatio.*

Quid eſt donatio?

Reſp. *Eſt liberalis conceſſio nullo cogente facta.*

Quomodo donatio inter modos acquirendi ju civili refertur, cum ſit contractus?

Reſp. Donatio hic dicitur doni datio, fit ſcil. in continenti per rei donatæ tradi nem, ſi vero contrahatur per pactum, aut ſtipulationem, non tam eſt modus acquire quam contractus, qui fit ut inde acquiſitic quatur.

Sed quomodo dicitur modus acquirendi jur civili, cum omnibus gentibus conveniat?

Reſp. Obſervandum non tam hic agi de natione in genere & liberalitate, quam de mali illa donatione, quæ fit ſecundum reg ſpeciales Juris Romani.

Quot ſunt donationum genera?

Reſp. Duo; *mortis cauſa*, & *non mortis ca* quæ etiam inter vivos appellatur.

Quæ eſt mortis cauſa donatio?

Reſp. Quæ fit propter mortis ſuſpicion cum quis ita donat, ut ſi quid humanitu contigiſſet, haberet is qui accepit, ſin au ſupervixiſſet is qui donavit, reciperet; *Cuja*

inc

nquit, Mortis cauſa donatio eſt *liberalitas, quæ ta fit ut non niſi morte confirmetur.*

Hæc donatio mortis cauſa per omnia fere leatis comparatur; nam & legatum dicitur eſſe onatio quædam. *infr. de leg.* §. 1. nec dubium uin propter mortis ſuſpicionem fiat.

Sunt-ne tamen etiam aliquæ differentiæ, inter legatum & mortis cauſa donationem?

Reſp. Sunt duæ præcipuæ differentiæ, inter onationem mortis cauſa & legatum:

Prima eſt, quod legatum ſine traditione transert dominium: donatio vero traditionem reuirit.

Secunda eſt, quod legatum eſt ſpecies ultiræ voluntatis: donatio vero mortis cauſa eſt ctus inter vivos, qui in tempus mortis conferır, ita ut inter vivos res transferatur, quia doatarius rem accipit à donatore, ut hoc loco it *Imp.*

Quis eſt igitur effectus donationis cauſa mortis?

Reſp. Effectus hujus donationis eſt, quod doator præfert donatarium heredi, & ſe ipſum onatario.

Quæ eſt donatio inter vivos?

Reſp. Quæ ſine ullá mortis cogitatione fit, uæque nullo modo comparatur legatis, neque atura, neque proprietate, nec forma, nec efctu: quæ ſi fuerit perfecta temere revocari on poteſt, temere, hoc eſt, ſine juſta cauſa. . 2. *h. tit.*

Suntne ergo aliquæ cauſæ, quibus hæc donatio revocatur?

Reſp. Sunt; *Prima eſt*, propter ingratitudiem. §. 2. *verſ. ſciendum. hic.* cujus varii modi xplicantur *l. fin. C. de rev. don.*

Secunda

Secunda cauſa eſt ſupervenientia liberorum ratio eſt, quia nemo præſumitur alteri ſua bon velle donare, aliumque liberis ſuis præferr cum naturalis ratio bona parentum liberis add cat. *l. 7. ff. de bon. damnat.* eoque videtur t cite ineſſe conditio hæc, niſi donator liber ſuſceperit.

Quomodo hæc donatio perficitur?

Reſp. Si donator ſuam voluntatem vel ſcı ptura, vel ſine ſcriptura manifeſtat, adeo etiam pactum de donando firmum ſit, & in habeat neceſſitatem traditionis; ita tamen ut d natoris ratio habeatur, ne ex liberalitate ſua m ſer egeat, *Liberalitas enim ſua nemini damno eſſe debet.*

Quid juris, ſi donatio quingentos ſolidos excedat?

Reſp. Opus erit inſinuatione. §. 2. *h. verſ. cum.*

Quid eſt inſinuatio?

Reſp. Eſt ſcriptura facta in præſentia public rum perſonarum, & apud acta, ubi donator an mum ſuum liberalem erga donatarium declara

Quid eſt donatio propter nuptias?

Reſp. Eſt remuneratio quædam facta uxori marito, propter compenſationem dotis, ut ſ luto matrimonio melius uxori ſit cautum. §. *h. tit.*

Eſtne etiam alius modus acquirendi dominium jure civili, qui olim communi ſervo manumiſſo per jus accreſcendi contingebat?

Reſp. Eſt; cum enim unus ex dominis ſe vum *vindicta*, vel *teſtamento* manumitteba quia nec pro parte ſocii manumittere poter nec ſervus poteſt fieri pro parte liber, idcir

ipſi

ſius manumittentis portio accreſcebat ſocio: *p.* vero favore libertatis conſtituit, ut ſervus libertatem perveniat, & ſocius qui manuittere noluit accipiat partem pretii, ſecundum timationem traditam in *l. ult. C. de com. ſerv. n.* atque ita hoc jus accreſcendi, & hunc acirendi modum ſuſtulit. § *ult. h. tit.*

AD TIT. VIII.

Quibus alienare licet vel non licet.

Quænam ſunt in qualibet acquiſitione ſpectanda?

ſp. TRia; *res* quæ acquiritur, *modus* quo acquiritur, & *perſonæ.*

Quotuplex eſt inſpectio perſonarum?

Reſp. Duplex; una *alienantis*, altera *acquintis*, quia cum res ab uno ad alterum transferr, ille dicitur *alienare*, hic *acquirere*: quoniam tur huc uſque de *rebus*, & de *modis* acquirendictum fuit, conſequenter in *hoc titulo* agitur *perſonis alienantibus*, ac *tit. ſequenti* agetur *perſonis acquirentibus.*

Quomodo hic accipitur alienandi verbum?

Reſp. Alienandi verbum *in hoc tit.* accipitur, o qualibet dominii tranſlatione.

Sunt-ne hic aliqua notanda?

Reſp. Hic notandæ ſunt duæ regulæ; prima , *quod dominus rem ſuam alienare poteſt.* §. 40. r. de rer. diviſ. ſecunda regula eſt, *Qui non dominus non poteſt alienare.* l. 3. C. de rei nd.

Sed an utraque regula non habet exceptiones?

Reſp. Quod utraque regula patitur quaſdam ceptiones, quæ *hoc tit.* recenſentur.

Quænam

Quænam eſt exceptio à prima regula?

Reſp. A prima regula excipitur maritus, nullo modo, id eſt, neque muliere invita, que conſentiente poteſt alienare, aut pigno prædium dotale, cujus dominus factus eſt ca dotis: maritus enim dominus dotis eſt conſta matrimonio, & reſpectu emolumenti: & dem ex ſubtilitate & fictione legis; uxor v eſt domina naturalis & rei ipſius. *l. pen. C jur. dot.*

An hæc prohibitio obtinet in omni prædio?

Reſp. Hæc prohibitio tantum obtinet in p dio inæſtimato, quod proprie dicitur *dotale*. æſtimato vero non, modo ita ſit æſtimatum, maritus tantundem reſtituat, quantum in a matione inventum eſt.

Quænam exceptio eſt à ſecunda regula?

Reſp. A ſecunda regula excipitur credit qui rem ſibi pignoratam vendere poteſt, l ejus rei dominium penes debitorem manſe *l. 9. C. de pign. act.*

An non tamen certum modum Imp. *credi præſcribit, quem in vendendo pignore ob vare debet?*

Reſp. Quod ſic.

Quænam eſt ſumma iſtius modi?

Reſp. Hæc eſt: Aut enim creditor & deb pacti ſunt de pignore vendendo, & hoc c ſervanda ſunt pacta conventa. *ff. de pign. act.* aut pacti ſunt de pignore non vendendo à c ditore; hoc caſu creditor non poteſt pignus v dere, niſi prius debitori ter denuntiaverit, ſolvat. *d. l 4. eod. tit.* Aut denique nihil p ſunt, & hoc caſu pactum de vendendo pign

ta

cite factum ab initio cenſetur, & creditor ex
nuntiatione facta debitori, vel ex ſententia
dicis poſt biennium, ex die denuntiationis
l ſententiæ numerandum, poterit pignus ven-
re. *l. ult.* §. 1. *C. de jur. dom. imp.*

Eſtne etiam alia exceptio a prima regula?

Reſp. Eſt, ſcil. in pupillis, qui quamvis do-
ini rerum ſint, tamen ſine tutoribus res ſuas
enare nequeunt. §. *ult. h. tit.*

Quot actus hic ab Imp. conſiderantur?

Reſp. Hoc loco Imp. quatuor pupillares actus
nſiderat.

Quiſnam eſt primus actus?

Reſp. Primus actus eſt *donatio*; hic ſciendum
pillum non poſſe rem ſuam dare, & in alium
nsferre, proinde non poſſe mutuum dare,
ia non eſt mutuum, niſi pecunia fiat acci-
entis.

*Quid ergo ſi de facto pupillus mutuam pecu-
niam dederit?*

Reſp. Imp. ita diſtinguit, aut extat pecunia,
eo caſu vindicatur, quia pupillus dominium
us non amiſit: aut bona fide conſumpta eſt,
hoc caſu condicitur; hæc eſt condictio ex
nſumptione, ea vero, quæ ex mutuo naſci-
r, eſt condictio ex numeratione: aut con-
mpta eſt mala fide, & eo caſu agitur ad *ex-
bendum.*

Quis eſt ſecundus actus?

Reſp. Secundus actus eſt *acceptio*; vid. ſi pu-
llus ab aliquo tradente rem accipiat, hoc caſu
cimus dominium transferri, & pupillo ac-
iiri, quia pupillus etiam ſine tutoris auctori-
te rem ſuam meliorem facere poteſt. *ſupr. de
ct. tut. in pr.*

Quis

Quis eſt tertius actus?

Reſp. Tertius actus eſt *exactio*; id eſt, ſi bitor pupillo ſolvat; tunc enim non libera niſi ſolverit auctore judice, vel adhibitâ tut auctoritate. *hic. verſ. ideoque.*

Quis eſt quartus actus?

Reſp. Quartus actus eſt *ſolutio*; vid. ſi pillus creditori ſuo ſolvat, tum enim pecu non fit accipientis, nec pupillus liberatur, pecunia ab accipiente bona fide conſumpta *hic. verſ. ſed ex diverſo. l.59. §. ſi pupillus. ff. reb. cred.*

AD TIT. IX.

Per quas perſonas cuique acquiritur.

Dictum eſt de perſonis alienantibus, nunc cendum eſt de perſonis acquirentibus; quas igitur perſonas nobis acquiritur?

Reſp. ACquiritur nobis non ſolum per *noſ ipſos*, ſed etiam per *eos quos in po ſtate habemus*: item per *ſervos*, in quibus uſu fructum habemus, item per *homines liberos*, *per ſervos alienos* quos bona fide poſſidem de quibus ſingulis diligentiùs diſcipiamus.

Quomodo per liberos noſtros acquirimus?

Reſp. Olim quidem quicquid ad eos per nerat, exceptis vid. *caſtrenſibus peculiis*, hoc rentibus ſuis acquirebant ſine ulla diſtinctio

An hoc jus adhuc durat?

Reſp. Non: ſed ſancitum eſt, ſi quid libe obveniat è profectitio peculio, id totum pa fit, iſque in eo peculio tam uſumfructum qu proprietatem habet: in adventitio vero uſ fructus ad patrem, proprietas ad filium pertin

Q

Quid eſt peculium?

Reſp. Quod filiusfam. aut ſervus permittente tre aut domino vel jure ſeparatum à rationis paternis vel dominicis habet, deducto inde, quid patri aut domino debetur.

Quotuplex eſt peculium?

Reſp. Quadruplex; *caſtrenſe*, quaſi *caſtrenſe*, *ofectitium*, & *adventitium*.

Quod eſt caſtrenſe peculium?

Reſp. Quod filiusfam. occaſione militiæ artæ acquiſivit, aliter non acquiſiturus. *l.* 11. *de caſtr. pec.*

Quod eſt quaſi caſtrenſe?

Reſp. Quod filiusfam. acquiſivit ratione miliæ togatæ, veluti advocatorum.

Quod eſt profectitium?

Reſp. Quod provenit è re patris, ſeu quod à tre proficiſcitur.

Quod eſt adventitium?

Reſp. Quod aliunde advenit, veluti ſi extraeus filiofam. donet.

Quid dicis de peculio ſervi?

Reſp. Peculium autem ſervile non dividitur, uia indiſtincte & omnimodo pertinet ad doinum, vel ad eum, qui pro domino habetur, *fructuarius* vel *bonæ fidei poſſeſſor*.

Quid juris in peculio caſtrenſi?

Reſp. Proprietas & uſusfructus ad filium pernet, nec in his bonis ullum jus parentes haent, ſicut & jure veteri conſtitutum fuit.

Quid juris in peculio adventitio?

Reſp. Peculium adventitium filio acquiritur uoad proprietatem, patri quoad uſumfructum.

Quid

Quid juris in peculio profectitio?

Reſp. Peculium profectitium totum patri a quiritur, tam quoad proprietatem, quam quo uſumfructum.

Si parens filium habentem peculium adven tium emancipaverit, quid juris in adventi peculio?

Reſp. Olim tertiam partem, tam propriet tis, quam uſusfructus in dicto peculio ſibi re nebat; ſed jure novo, pater emancipans liber ſuos tantum dimidiam partem uſusfructus rebus ad peculium adventitium pertinentib retinere poteſt.

Qua ex cauſa ſervi noſtri nobis acquirunt?

Reſp. Ex omni cauſa; ſive ſit juris gentium ut *traditio*, ſive juris civilis, ut *donatio* ſive *lega tum.*

Quomodo acquirunt, id eſt, an noſtra ſcientia & conſenſus requiritur?

Reſp. Non requiri; cum non ſolum nob ſcientibus, verum etiam ignorantibus & inviti acquirant.

Quid per ſervos acquiritur?

Reſp. Non ſolum *proprietas*, verum etian *poſſeſſio.*

Servi in quibus uſumfructum habemus, quomodo nobis acquirunt?

Reſp. Ita, ut quicquid ex re noſtra, vel e operis ſuis acquirant, id nobis acquiratur, ſi quic aliunde acquiſierint, ut ſi heredes facti ſint, i domino proprietatis acquirunt.

Quid de homine libero, vel ſervo alieno à nobis bona fide poſſeſſo ſtatuitur?

Reſp

Reſp. Idem quod de ſervo uſufructuario.

Quid dicendum de perſonis extraneis?

Reſp. In extraneis hæc regula traditur, *quod extraneam perſonam nulla ex cauſa nobis acquiritur.*

An hæc regula non patitur exceptionem?

Reſp. Exceptio eſt in *poſſeſſione*, hæc enim m per extraneam perſonam, puta per *procuratorem* nobis acquiritur, puta ſi procuratori ro res tradatur, tunc enim non ſolum poſo, verum etiam dominium nobis acquiri- ſi dominus fuit qui tradit.

actenus expoſiti ſunt acquiſitionum modi par- lares, tam civiles, quam juris gentium, ex- is legatis, & particularibus fideicommiſſis, *commodiore loco infra declarabuntur* :

Quid nunc porro ſequitur?

eſp. Sequuntur nunc modi univerſales, qui em omnes ſunt civiles: ſunt autem qua- , *hereditas, bonorum poſſeſſio, arrogatio, ad- o bonorum.*

Quomodo hi modi dicuntur civiles?

eſp. Quatenus *civile* accipitur latius, & ei onitur quod eſt *juris gentium*, ſuo ambitu m *prætorium* complectitur : ſi vero anguſtius atur, quatenus prætorio opponitur, non ſunt es hi modi *civiles* , ſed *bonorum poſſeſſio toria* eſt.

De quo modo primo videndum?

eſp. De hereditate primo videndum.

Quid eſt hereditas?

eſp. *Hereditas eſt ſucceſſio in univerſum quod defunctus habuit mortis tempore. l.* 24. *e verb. ſig. l.* 62. *ff. de R. I.* hereditas igitur cum

cum ſit ſucceſſio, non eſt res quæ acquiritur, ſed modus acquirendi, proinde à rebus hereditariis, quæ per hanc ſucceſſionem acquiruntur, perſpicue differt.

Quot modis defertur hereditas?

Reſp. Duobus modis: vel ex *teſtamento*, vel *ab inteſtato.*

De qua ſucceſſione primo videndum?

Reſp. De ſucceſſione ex *teſtamento*, cum non admittatur *ab inteſtato* ſucceſſio, quamdiu ex *teſtamento* heres ſperatur. *l. quamdiu.* 39. *ff. de acq. hered.*

AD TIT. X.

De Teſtamentis ordinandis.

Quid eſt teſtamentum?

Reſp. TEſtamentum eſt *voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit.* l. 1. ff. qui teſt. fac. poſſit.

Unde appellatum eſt teſtamentum?

Reſp. Teſtamentum ex eo appellatum, quod *teſtatio mentis* ſit.

Quot ſunt genera teſtamentorum?

Reſp. Olim duo teſtamentorum genera erant, quorum altero in pace & otio utebantur, quod *calatis comitiis* appellabant, quaſi factum convocato populo: alterum cum in prælium exituri eſſent, quod *procinctum* dicebatur. accessit deinde tertium genus teſtamentorum quod per *æs & libram* dicebatur. §. 1. *h. tit.*

Sed poſtquam hæc teſtamentorum genera in deſuetudinem abierunt, quod genus ſucceſſit?

Reſp.

Reſp. Succeſſit quarto *teſtamentum prætori-*
, in quo ex edicto prætoris neceſſaria fuit
iptura, & ſeptem teſtium ſigna requirebantur.

Quænam vero hodie teſtamenta in uſu ſunt?

Reſp. Duo; teſtamentum *ſcriptum ſive ſolen-*
, & *teſtamentum nuncupativum.*

Quænam requiruntur in teſtamento ſolenni ſcripto?

Reſp. In teſtamento ſolenni ſcripto peculia-
hæc ſunt, *Primo, ſcriptura.*

Secundo, ſubſcriptio teſtatoris & teſtium.

Tertio, ſubſignatio teſtatoris & teſtium.

Si vero teſtator ſcribere non poſſit, octavus
ſtis, qui ſcribere poſſit, loco teſtatoris ſub-
ribat.

Quarto, ut ſubſignationes fiant annulo, ſive
no ab omnibus, ſive uniuſcujuſque teſtium, ſi
beat.

Quinto, ut teſtamentum uno contextu fiat, id
t, nullo alieno actu interveniente. §. 3. *h. tit.*

Cur illa omnia requiruntur?

Reſp. Propter teſtamentorum ſinceritatem, &
nulla fraus adhibeatur, unde & neceſſarium
it, ut per *manum teſtatoris, vel teſtium,* no-
en heredis exprimatur. §. 4. *hic.*

De ſignaculis teſtium quæritur, an omnes teſtes poſſint ſignare teſtamentum, uno & eodem annulo?

Reſp. Poſſe.

An licet ſignare alieno annulo?

Reſp. Licet: ratio eſt, quia ſigna apponun-
r teſtamento, ut maneat clauſum & arcanum,
nec teſtibus ſigna à ſe impreſſa agnoſcentibus
eriatur.

Quinam poſſunt eſſe teſtes in teſtamento

Reſp. Teſtes adhiberi poſſunt ii, cum qui teſtamenti factio eſt, id eſt, qui poſſunt hæ-des inſtitui; cum enim teſtamenti factio du-plex ſit, *activa* & *paſſiva*, *activa* eorum, qui teſtamentum faciunt, & *paſſiva* eorum, qui ex teſtamento capiunt. *infr. de hered.qual.* §.4. *n ſ. teſtament.* proprie loquendo illi ſc. qui activam teſtamenti factionem habent, dicuntur habere teſtamenti factionem, cum his autem dicimur eſſe teſtamenti factio.

Quia tamen multi excipiuntur, qui non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento, licet habeant paſſi-vam teſtamenti factionem, idcirco dicendum nominatim, quinam hic à teſtamentario teſti-monio repelluntur?

Reſp. Imp. hic omnino repellit, *primo mulie-res*, quia olim teſtamenta calatis comitiis ce-bant, quibus mulieres intereſſe indecorum erat.

Secundo, impuberes, quia non ſunt capaces, propter fragile eorum judicium.

Tertio, ſervos, quia teſtamenta ſunt juris ci-vilis, cujus ſervi capaces non ſunt, cum hoc re pro mortuis habeantur.

Quarto, furioſos, ubi tamen notandum, ſi fu-rioſus habeat dilucida intervalla, tunc temporis eum poſſe eſſe teſtem.

Quinto, mutos vel ſurdos, quamvis ad teſti-monium admittatur etiam is qui linguam non intelligit.

Sexto, prodigos, quibus bonorum admini-ſtratio interdicta eſt, quia comparantur *furioſis*.

Septimo, eos, quos leges jubent eſſe improbos & inteſtabiles: quales ſunt damnati ob carmen fa-moſum. §. 6. *hic*.

Horum omnium hic eſt ſenſus, eos tan-

teſtamento ad teſtimonium admitti poſſe, & teſtamenta facere, & ipſi ex teſtamento ere poſſunt.

Quoniam vero ſervus teſtis eſſe non poteſt, quid juris erit ſi ſervus eo tempore, quo rogabatur ad teſtimonium, habitus fuit pro libero, & poſtea apparuit eum eſſe ſervum?

Reſp. Teſtamentum tamen non vitiatur, id receptum in favorem teſtamenti.

Sunt-ne etiam aliqui, qui ob alias cauſas teſtes eſſe prohibentur?

Reſp. Sunt, qui *in ſeqq.* §§. recenſentur.

An non poſſunt plures eſſe teſtes ex eadem domo?

Reſp. Quod ſic; quia nihil nocet plures teſtes una domo alieno negotio adhiberi. §. 4. *h. tit.*

An ille, qui ratione patriæ poteſtatis teſtatori conjunctus eſt, poteſt eſſe teſtis?

Reſp. Quod non, ut *pater* in teſtamento *fi*-aut *filius* in teſtamento *patris*, ergo filius ncipatus poteſt eſſe teſtis in teſtamento pa-, quod ſic accipiendum eſt, modo non ſit es futurus.

An heres poteſt eſſe teſtis in eo teſtamento, in quo heres ſcriptus eſt?

Reſp. Quod non; neque is qui in poteſtate eſt, neque *pater* ejus, qui eum habet in po-te, neque *fratres*, qui in ejuſdem patris po-te ſunt, quia *nemo poteſt eſſe teſtis in cauſa ria. l. nullus.* 10. *ff. de teſt.* §. 10. *h. tit.*

An legatarii & fideicommiſſarii particulares, & perſonæ eis per poteſtatem conjunctæ poſſunt eſſe teſtes?

Reſp. Quod ſic; quia non principaliter ſibi,

ſed tantum per conſequentiam teſtimoni[um]
dant. §. 11. *h. tit.*

In qua materia poteſt ſcribi teſtamentum?

Reſp. in qualibet materia, ſive in tabulis, [e]
in chartis, vel membranis. §. 12. *h. tit.*

An unum & idem teſtamentum, poteſt ſcrib[i]
in diverſis codicibus?

Reſp. Poſſe. *l. 24. ff. h. tit.* modo omnes [ſi]
æque ſolennes. §. 13. *h. tit.*

Quod eſt teſtamentum nuncupativum?

Reſp. Teſtamentum nuncupativum eſt, [in]
quo teſtator heredem viva voce coram ſeptem [te-]
ſtibus ad hoc rogatis nuncupat. Hoc teſtam[en-]
tum ſine ſcriptis fieri dicitur, non quia ſ[cribi]
non poſſit, plerumque enim ſcribitur, ſed [quia]
non fit per ſcripturam, ut teſtamentum ſole[nne,]
nam alias ſubſcriptio teſtium, & ſubſignati[o re-]
ſideraretur, verum ſcriptura ei jam facto a[cce-]
dit, cum non ſolennitatis ſed probationis [...]
tum cauſa adhibeatur.

Quot ſunt requiſita in hoc teſtamento?

Reſp. Tria: *Primo*, ut adhibeantur ſe[ptem]
teſtes idonei; *Secundo*, ut teſtes ſint rogati; [Ter-]
tio, ut coram his teſtibus palam teſtator v[olun-]
tatem ſuam declaret. §. *ult. h. tit.*

AD TIT. XI.

De militari Teſtamento.

Diximus hactenus de teſtamento paganic[o]
ſolenni, tam ſcripto, quam nuncupa[tivo;]
quidnam ſequitur?

Reſp. SEquitur nunc teſtamentum minu[s ſo-]
lenne ſive militare.

Quid eſt teſtamentum militare?

Reſp. Teſtamentum militare eſt, *quod fit à lite jure militari.*

Quid eſt miles?

Reſp. Qui ſub armata militia ſtipendia meret, ique nomine militiæ dato, & relatus in nu-eros, armis tuetur remp. ſtipendiis publicis.

Quid hoc eſt jure militari teſtari?

Reſp. Quod miles non ſit adſtrictus certis ſo-nnitatibus, aut certæ formæ teſtandi, ſed te-tur *quomodo vult, & quomodo poteſt*, neque im numerum teſtium legitimum adhibere, nec am teſtamentorum ſolennitatem obſervare ietur, ſed quomodocunque teſtatus fuerit, lebit ejus voluntas.

Quare hoc privilegium militibus conceſſum?

Reſp. Propter *nimiam eorum imperitiam*, id , propter ſimplicitatem militarem, quia mi- magis debet arma ſcire, quam leges. *l. ult. pr. C. de jur. delib.*

An hæc eſt ratio finalis & diſpoſitiva?

Reſp. Hæc ratio finalis non eſt, ſed tantum pulſiva: ſed hujus privilegii ratio finalis eſt, *vor militiæ, periculorum frequentia, neceſſitas continendi, & egregia opera quam navant reip.* Quæ ratio, cum hodie valeat in noſtris mi-bus, ceſſet vero in militibus togatis, reci-ndum eſt etiam noſtros milites habere illud vilegium, *arg. l. 32. ff. ad l. Aquil.* togatos carere. *§. fin. h. tit.*

An hoc privilegium ſimpliciter eſt conceſſum?

Reſp. Quod non, ſed quibuſdam conditioni-s, quarum una eſt hujus teſtamenti propria, cil. milites *in expeditione* degant, domi enim

 ſuæ

ſuæ ſi degant, vel in aliis locis, ceſſante occupatione bellica, ceſſat etiam privilegium teſtamenti militaris, *hic in pr. verſ. Illis autem.*

Quid hoc eſt, in expeditione degere?

Reſp. Cum milites ita comparati ſunt, ut ſint expediti ad præliandum, quod fit, vel cum proficiſcuntur adverſus hoſtem, vel cum conſiſtunt adverſus hoſtem, aut hoſtem expectantes, aut invadendi hoſtis, & cum eo dimicandi opportunitatem, quo tempore armorum cogitatio, & periculi metus, & ſeſe continendi neceſſitas, omnem aliam de jure cogitationem adimit, & facultatem teſtandi, ut velis.

Quæ eſt altera conditio?

Reſp. Altera conditio communis eſt hæc, ut quoquo modo facta à militibus teſtamenta rata ſint, dum utique prius conſtet teſtamentum factum eſſe à milite, quod, ut facilius conſtat, opus eſt convocatis ad hoc hominibus, qui militis voluntatem teſtentur.

Cur hic dicitur convocatis hominibus, *an ergo teſtes debent ſpecialiter rogari?*

Reſp. Quod non; ſed ut conſtet in teſtamento militis plures teſtes requiri, quam unum.

Quot igitur teſtes requiruntur?

Reſp. In teſtamento ſcripto nulli requiruntur, in nuncupativo vero duo ſufficiunt. *l. ... ff. de teſt.*

An miles mutus & ſurdus ex accidenti etiam teſtamentum facere poteſt?

Reſp. Quod ſic; cum paganus ita affectus teſtari tum poſſit ex indulgentia Principis, *infr. prox. §. item ſurdus.*

Cur dicis ex accidenti?

R

Reſp. Quia, qui natura talis eſt, non poteſt
ſe miles.

An non etiam alia ad confirmationem teſtamenti militaris requiruntur?

Reſp. Duo: *primo, ut ſit militis; deinde, ut neat militis.*

Quid ergo ſi miles poſt factum teſtamentum militia miſſus ſit?

Reſp. Valebit teſtamentum poſt miſſionem
uſariam vel *honeſtam*, intra annum, niſi con-
io poſt annum extiterit, tunc enim conditio
rotrahitur. §. 3. *h. tit.*

Quid juris, ſi quis ante militiam teſtamentum non jure fecerit, & deinde miles factus ſit?

Reſp. Confirmabitur teſtamentum, ſi teſtator
les factus aliquo modo indicaverit ſe velle,
illud teſtamentum valeat, quod quidem in-
aſſe videtur, ſi quædam adjecit, quædam de-
xit, vel aliud quid circa teſtamentum fecit.
4. *h. tit.*

Quamdiu durat teſtamentum militis?

Reſp. Quamdiu miles voluerit, neque enim
nima capitis deminutione irritum fit.

An non etiam aliis, præter milites, hoc privilegium datum eſt, ut teſtari poſſint, quamvis ſint filiifam.

Reſp. Quod etiam *milites togati* teſtari poſ-
t de peculio quaſi caſtrenſi, quamvis ſint fi-
am. ita tamen ut hoc fiat jure communi. §.
. *h. tit.*

AD TIT. XII.
Quibus non eſt permiſſum facere teſta-mentum.

In quibus conſiſtit omnis ratio teſtandi?

Reſp. IN tribus; in *teſtandi modo*, in *perſo*-*teſtantis*, & *in rebus* quas teſtamen-caveri oportet.

Cum igitur hactenus dictum ſit de teſtand modo, quid ſequitur?

Reſp. Ut de teſtantis perſona videamus, ſit talis, qui teſtamentum facere poſſit, qu *h. tit.* exponit Imp.

Quinam ergo poſſunt facere teſtamentum?

Reſp. Omnes qui non prohibentur.

Unde æſtimandum, an quis non prohibeatur

Reſp. Ex duobus; *primo* ex facultate ear rerum, quas fert teſtandi natura, *ſecundo*, conditione perſonæ.

Quid deſiderat facultas teſtationis?

Reſp. Facultas teſtationis in eo qui teſta tria deſiderat, *primo* bona, *deinde* judicium m-tis, & *tertio* voluntatis declarandæ facultate.

Quare bona?

Reſp. Quia facultas teſtandi ita data eſt le, ut teſtetur & leget quiſque de re & pecunia *l. verbis legis.* 120. *ff. de verb. ſign.* hac ratio prohibentur filiifam. qui jure veteri in bonis hil habuerunt. §. 1. *ſupr. per quas perſ.*

Quid ergo, ſi filiusfam. conſentiente patre teſtetur?

Reſp. Non valet, *verſ. adeo quidem. hic*

r. quia teſtamenti factio eſt publici juris. *ff. qui teſt. fac. poſſ. l.* 3. Ideoque non poteſt ab homine privato concedi, ſed tamen à lege. *Nov.* 22. *cap.* 2. vel à Principe, *ff. qui teſt. fac.* 7. alia ratio eſt donationis mortis cauſa; quæ cum ſit juris privati, fatendum eſt filiumf. patre permittente donare mortis cauſa poſſe, l. 25. 1. *ff. de don. mort. cauſ.*

An ergo nullo caſu filiusfam. teſtamentum facere poteſt?

Reſp. Quod poterit de peculio caſtrenſi, vel quaſi, *hic in pr. verſ. exceptis.* quia hæc pecula filiisf. tanquam proprium patrimonium attributa ſunt, & in his pro patribusf. habentur. 2. *ff. ad SCtum Maced.*

Quid ergo ſi filiif. habentes caſtrenſe vel quaſi caſtrenſe peculium inteſtati deceſſerint?

Reſp. Aut liberos relinquunt, & hi omnibus aliis in ſucceſſione præferuntur, aut fratres, & cum patre æquis portionibus ſuccedunt. *Auth. defuncto. C. ad. Tertull.* aut denique nullos, neque liberos neque fratres, ſed ſolum patrem relinquunt, & tunc pater occupat peculium, non jure hereditario, ſed jure peculii, id enim hic vult *Imp. verſ. ſi vero. in pr. cum ait,* jure communi.

Quænam ergo ſunt privilegia caſtrenſis & quaſi caſtrenſis peculii?

Reſp. Hæc: *primo,* quod dum vivit filiusf. de eo poſſit diſponere pro arbitrio; *ſecundo,* quod pater id ei adimere non poſſit; *tertio,* quod creditoribus patris id vendere, aut occupare non liceat, quod fratribus poſt mortem patris id conferre non cogatur, ſed præcipuum habeat. *hic in pr. verſ. ex eo.*

Quid ergo dicendum de peculio adventitio, c jus uſusfructus ad patrem non pertinet, ſaltem de eo filiusfam. teſtari non poteſt?

Reſp. Quod non; quia ſolum caſtrenſe quaſi caſtrenſe peculium excipitur. *hic in p verſ. præter hos.*

Quid ergo ſi filiusf. teſtamentum fecerit & poſtea paterfam. factus deceſſerit?

Reſp. Non valebit, quia quod ab initio n ſubſiſtit non poteſt ex poſt facto convaleſce *l. quod initio.29. ff. de R.I. hic in pr. verſ. ſi q alius.*

Quinam ſecundus ordo eorum, qui non habent judicium mentis?

Reſp. In hoc ordine ſunt, *primo*, impuber quia propter ætatis imbecillitatem judicio ca re cenſentur.

Secundo, furioſi, quia mente carent.

Tertio, prodigi, quia quoad bona furioſum ciunt exitum.

Quid ergo, ſi quis impubes vel furioſus teſt mentum fecerit, & poſtea pubes vel ſa mentis factus deceſſerit, an teſtamentum n convaleſcet?

Reſp. Quod non. §. 1. *verſ. nec ad rem.* p pter rationes ſupradictas.

Quid ſi tempore dilucidi intervalli teſtamentum fecerit?

Reſp. Valebit. *d.* §. 1. *verſ. furioſi l. furioſ C. h. t.* Nam præcedens furor teſtamentum n vitiat.

Quid ſi quis ſanæ mentis teſtamentum fecerit, & poſtea in furorem incidat?

Reſp. Quod nihilominus valebit. *d.* §. 1. *ve*

ce

rte eo. quia in teſtatore tantum requiritur te-
menti factio eo tempore, quo teſtamentum
cit, non vero tempore mortis. *hic. verſ. nam
que.*

*Quinam tertio prohibentur, propterea quod de-
ſtituuntur voluntatis declarandæ facultate?*

Reſp. In hoc genere ſunt mutus & ſurdus,
i natura tales ſunt, nam ſi per accidens tales
cti ſunt, ſecus eſt dicendum. §. *item.* 3. *h. tit.*

Quid dicendum de cœco?

Reſp. Cœcus teſtari non poteſt, niſi per ob-
rvationem, quam lex Divi Juſtini introduxit.
8. *C. h. tit.*

Quot requiruntur in teſtamento cœci?

Reſp. Sex. *Primo*, ut ſit teſtamentum nuncu-
ativum.

Secundo, ut præter ſeptem teſtes adhibeatur
bellarius, vel ſi copia tabellarii non ſit, adhi-
eatur ejus loco octavus teſtis.

Tertio, ut teſtator coram his dicat ſe velle
ondere teſtamentum nuncupativum, & totam
iam voluntatem enuntiet.

Quarto, ut inſtitutiones heredum præponan-
ir legatis, & fideicommiſſis.

Quinto, ut tabellarius vel octavus teſtis re-
igat teſtamentum in ſcripturam.

Sexto, ut adhibeantur ſubſcriptiones & ſigna
lla teſtium.

*Quinam ultimo conditione perſonæ teſtari
non poſſunt?*

Reſp. Conditione perſonæ teſtari non po-
eſt, captus ab hoſtibus, quia eſt ſervus hoſtium.
§. *pen ſupr. de jur. perſ.*

Sed teſtamentum, quod ante captivitatem fe-
cit

cit, valet, ſive redierit, jure poſtliminii, ſive il decesſerit, fictione legis Corneliæ. §. *ult. h. tit.*

AD TIT. XIII.

De exheredatione liberorum.

Quaſnam res in teſtamento caveri oportet?

Reſp. DUas; quarum quædam ſunt omni um teſtatorum communes, aliæ cer torum teſtatorum propriæ, quæ *à DD.* vulg *ſelennitates intrinſecæ* appellantur.

Quænam ergo ſunt certorum teſtatorum propriæ?

Reſp. Quæ teſtatoribus quidem, ut utilite teſtentur, ſed certis tantum injunguntur: quo i genere eſt officium parentum erga liberos; nam ſi teſtator liberos in poteſtate habet, neceſſe e eos inſtituat aut exheredet, quoniam eorum præteritio facit, ut teſtamentum ſit ipſo jure nul lum. *l.* 1. *ff. de injuſt. rupt. & irrit. teſt. in pr bic.*

Quid eſt exheredatio?

Reſp. Exheredatio eſt *excluſio ab hereditate quæ lege alicui competebat, teſtamento facta & ordinata.*

Quotuplex eſt exheredatio?

Reſp. Duplex; nominatim facta, vel inter cæ teros.

Quænam eſt exheredatio nominatim facta?

Reſp. Exheredatio nominatim facta dicitur cum vel proprio nomine, vel alia quavis cer ta demonſtratione ſignificatur is qui exheredatur. *veluti, Titius filius meus exheres eſto,* vel *filius meus miles exheres eſto.*

Quænam eſt exheredatio inter cæteros?

Reſp.

Reſp. Exheredatio inter cæteros appellatur, æ fit verbis generalibus, ut, *cæteri exheredes uto.*

In quibus exheredatio locum habet?

Reſp. Tantum in liberis, quia etiam vivo tre quodammodo domini exiſtimantur bonon paternorum. *l.* 11. *ff. de lib. & poſth.*

Quot ſunt liberorum ſpecies?

Reſp. *Quinque*; vel enim ſunt *nati* vel *poſtmi*, vel *primi* vel *ulterioris gradus*, vel *maſculi fœminæ*, vel *ſui* vel *emancipati*, vel *natura-* vel *adoptivi*: in quibus aliud ſervabatur de e veteri, aliud de jure novo.

Quid ſervabatur de jure veteri?

Reſp. Jure veteri diſtinctio erat inter *maſcu-* & *fœminas*, inter *filios* & *nepotes*, *deinde* in *natos* & *poſthumos*, *tertio* inter *ſuos* & *emanitos*, *quarto* inter *naturales* & *adoptivos.*

Quid ergo juris erat in filiis & nepotibus, maſculis & fœminis?

Reſp. Si filia vel nepos, aut neptis in teſtanto ſint præteriti non faciunt teſtamentum jure nullum, ſed ſcriptis heredibus accrent, & portionem hereditatis eis auferunt, id , ſuis heredibus portionem virilem, extras ſemiſſem. *hic in pr. verſ. ſed non ita.*

Quid autem juris erat in poſthumis?

Reſp. Si *poſthumi* in teſtamento prætereanon quidem ipſo jure inutile eſt teſtamenn, ut filio præterito, ſed nato *poſthumo* dem rumpitur, quia multa incidere poſſunt, [illegible] naſcatur *poſthumus*, ut ſi mulier fat abortum. §. 1. & 2. *h. tit.*

Quid

Quid juris eſt in emancipatis?

Reſp. Liberi emancipati jure civili neque redes inſtituendi ſunt, neque exheredandi; ſi prætereantur, nullum remedium habent civili, quia non ſunt ſui heredes. ſed de prætorio liberi emancipati, vel heredes inſt endi ſunt, vel ut oportet exheredandi; nam a quin iis præteritis prætor dat bonorum po ſionem contra tabulas. §. 3. *h. tit.*

Quid denique juris erit in adoptivis?

Reſp. Adoptivi liberi, quamdiu ſunt in fa lia patris adoptivi, etiam inſtituendi ſunt exheredendi, perinde ut naturales & legi ſimul; nam ſi prætereantur teſtamentum inutile; ſi vero emancipati fuerint à patre optivo, ejus reſpectu plane extraneorum habentur. §. 4. *h. tit.*

Suntne hæc jura adhuc in uſu?

Reſp. Non ſunt; & hodie in liberis her bus inſtituendis nulla eſt amplius differe ſexus, *Primo*, an maſculi ſint an fœminæ, *cundo*, inter liberos primi & liberos ulter gradus, *Tertio*, inter liberos natos & poſ mos. *Imp.* itaque conſtituit, ut omnes liber juſque ſexus & gradus, ſive nati ſive poſthumi vel heredes inſtituantur vel nominatim e redentur; adeo ut hodie exheredatio inter c ros liberos non magis obſit, quam præter §. 6. *h. tit.*

Quid juris in liberis adoptivis?

Reſp. Liberi adoptivi non neceſſario inſ untur heredes neque exheredantur de ne tate, ſed ſolum ab inteſtato ſuccedunt patr adoptivo, ſi tempore mortis ejus in ipſius f lia fuerint inventi, niſi ab avo paterno, vel

t

rno fuerint adoptati, quo caſu per omnia pa-
s ſunt liberis naturalibus & legitimis ſimul.
5. *h. tit. l. pen. C. de adopt.*

Quid ſi miles præterierit?

Reſp. Si miles ſilentio præterierit, pro exhe-
datione eſt; excipe, niſi miles qui liberos
æteriit ignorabat ſe habere liberos, quia eo
ſente nati ſunt, tunc enim teſtamentum non
ilet. *l. 9. & ſeq. C. de teſt. mil. §. h. tit.*

Quid juris ſi mater, vel avus maternus præteriit?

Reſp. Præteritio ea pro exheredatione eſt,
que potiſſimum eo, quia mater liberos in ſua
oteſtate non habet, verumtamen liberis ita
æteritis à matre relictum eſt adminiculum
ierelæ inofficioſi teſtamenti. §. *ult. hic. l. 17.*
de inoff. teſt. l. 4. §. 2. ff. de bon. poſſ. contr.
ib.

An hoc adhuc obtinet in matre?

Reſp. Non: ſed neceſſe eſt, ut æque mater
que pater ſuos liberos teſtamento inſtituat,
el exheredat, juſta cauſa exheredationis adſcri-
ta, & per heredem inſtitutum probata.

Ut igitur ſit juſta exheredatio quænam requiruntur?

Reſp. Tria:

Primo, ut ſiat juſta cauſa, hoc eſt, una ex qua-
iordecim in *Nov. 115. cap. 3.* relatis.

Secundo, ut illa cauſa nominatim adſcribatur.

Tertio, ut probari poſſit ab herede, ne liberis
llo modo injuria fiat.

AD

AD TIT. XIV.

De Heredibus inſtituendis.

Reſp. DIximus in præcedente tit. de iis bus, quæ ſunt certorum teſtato propriæ, ſequitur, ut videamus de iis, quæ omnium teſtatorum communes.

Quænam illæ ſunt?

Reſp. Omnium teſtatorum communis eſt *redis inſtitutio*, quæ omnibus teſtatoribus cumbit & neceſſaria eſt, ut teſtamentum val quia eſt caput & fundamentum totius teſtam ti. §. 34. *infr. de legat.*

Quid eſt heredis inſtitutio?

Reſp. Heredis inſtitutio nihil aliud eſt, q deſignatio ſucceſſoris in univerſum jus teſtat poſt mortem.

Quænam ſunt in hoc tit. *conſideranda?*

Reſp. Quatuor:
Primo, quinam poſſint heredes inſtitui.
Secundo, quot numero.
Tertio, in quot partes hereditas dividatur, quæ portiones ſingulis tribuantur.
Quarto, & *ultimo*, quibus modis inſtitutio redum fieri poſſit.

Qui poſſunt heredes inſtitui?

Reſp. Heredes inſttuere permiſſum eſt liberos homines quam ſervos, & tam prop quam alienos, dummodo cum horum dom ſit teſtamenti factio.

Quis eſt ſervus proprius?

Reſp. In quo dominium plenum habem

l in quo nuda proprietas nobis eſt conſtitu-, alio uſumfructum habente. *hic pr. verſ. pro-ius.*

Eſtne caſus in quo ſervus nec cum libertate poteſt inſtitui?

Reſp. Eſt; ſi ſervus accuſatus ſit adulterii, m domina ſua commiſſi, non poteſt ante ſen-ntiam manumitti, nec ab ea heres inſtitui. *pr. hic verſ. eſt tamen.*

Ante ſententiam, hoc eſt, ante finitam cogni-nem.

Quid juris eſt in ſervo teſtatoris proprio herede inſtituendo?

Reſp. Hic ſunt notandi tres caſus:

Primò, aut ſervus teſtatoris in eadem cauſa anet, hoc eſt, in teſtatoris dominio retinetur, que ad mortem, & hoc caſu fit liber & heres ceſſarius, quia velit, nolit, cogitur eſſe heres.

Secundo, aut à teſtatore manumittitur, & hoc ſu libertatem ex teſtamento non conſequitur, oniam inter vivos jam manumiſſus fuit, con-quenter non fit neceſſarius heres, ſed volunta-is, id eſt, pro lubitu poteſt adire vel repu-are hereditatem.

Tertio, aut alienatur, hoc caſu non fit ex te-mento liber, quamvis in eo teſtamento liber-s relicta fuerit, quia teſtator eum poſtea alie-ndo dationem libertatis revocavit: itaque reditatem poteſt adire juſſu novi domini. §. 1. *tit.*

Quid juris eſt in ſervo alieno herede inſtituto?

Reſp. Hic iidem caſus, qui ſupra, notandi: m *Primo, aut in eadem cauſa manet*, & juſſu mini hereditatem adire debet; aut *Secundo, ienatur*, & tunc adire debet juſſu novi domini; t *Tertio, manumittitur*, & tunc, cum liber factus

factus ſit, ſuo arbitrio adire poteſt. *verſ. alien* §. 1. *h. tit.*

An ſervus hereditarius heres inſtitui poteſt?

Reſp. Poteſt. §. 2. *h. tit.* Eſt autem ſer hereditarius, cujus dominus mortuus eſt, cu necdum adita eſt hereditas.

Atqui non videntur poſſe heredes inſtitui, q dominum non habent; & cum ſervis teſ menti factio eſt ex perſonâ dominorum?

Reſp. Hac tamen ratione non obſtante, cet *Imp.* valere heredis inſtitutionem, ſive he inſtituatur ſervus hereditarius, quia heredi nondum adita repræſentat perſonam defun ſive ſervus ejus inſtituatur, qui eſt in utero, qu niam is qui eſt in utero habetur pro jam na *l.* 7. *l. pen. ff. de ſtat. hom.*

Quid ſi ſervus communis plurium dominorum heres inſtitutus ſit, quibus acquirit?

Reſp. Unicuique dominorum, cujus juſſu ad rit, & cum quo teſtamenti factio eſſet, ſed p portione dominii. §. 3. *h. tit.*

Quid continetur in ſecunda parte?

Reſp. In ſecunda parte *hujus tit.* agitur heredum numero.

Quot ergo heredes teſtator inſtituere poteſt?

Reſp. Vel unum, vel plures uſque in infi tum, modo ſc. definiat certum numerum. §. *h. tit.*

Quid docet tertia pars hujus tituli?

Reſp. Tertia pars *hujus tituli* declarat par hereditatis, & quæ portiones ſingulis heredib tribuantur.

In quot ergo partes diſtribuitur hereditas?

Re

Reſp. In duodecim, quæ vocantur *unciæ*; to-
n vero appellatur *as*, cujus ſingulæ partes
ppriis nominibus appellantur; quarum mi-
na eſt *uncia*, deinde *ſextans*, quaſi dicas ſexta
rs aſſis, ſunt duæ unciæ, *quadrans*, quarta
rs aſſis, ſunt tres unciæ, *triens* tertia pars aſſis,
t quatuor unciæ, *quincunx*, quinque conti-
ns uncias, *ſemis*, quaſi ſemi as, hoc eſt, dimi-
s as, ſunt ſex unciæ, *ſeptunx* ſeptem unciæ,
quaſi bis triens, ſunt octo unciæ, *dodrans*,
aſi dempto quadrante, hoc eſt tribus unciis, *as*.
Dextans, quaſi dempto ſextante, hoc eſt dua-
s unciis, *as*.
Deunx, quaſi dempta una uncia *as*: vide *l.* 13.
. *l.* 50. §. 2. *ff. h. tit.*

An hæc diſtributio ſecundum partes aſſis ſemper eſt neceſſaria?

Reſp. Non ſemper, ſed tum demum, quando
tator non vult, ut heredes in partes æquales
cedant: ſatis enim conſtat ſi partes nullæ
t nominatæ, eum velle ut æqualiter omnes
cedant.

Quæ portiones ſingulis heredibus ſunt tribuendæ?

Reſp. In tot partes quot teſtator ipſe voluerit
editas dividitur. §. 5. *hic.* ſed quia interdum
ſcurum eſt quot partes teſtator voluerit, ideo
eam incertitudinem vitandam, aliquot caſus
andi ſunt, qui hic etiam exponuntur.

Quinam illi caſus ſunt?

Reſp. Hi caſus ad tria ſumma genera revo-
ntur naturâ: aut enim inſtituuntur omnes he-
es *ſine partibus*, aut omnes *ex partibus*, aut
dam *ex certis partibus*, quidam *ſine parte*.

Quid juris eſt in primo caſu?

Reſp.

R. Si plures heredes ſcripti ſunt ſine partib veluti, *Titius, Mævius & Sempronius heredes ſu* hoc caſu fiunt heredes ex æquis partibus, & guli habebunt *trientem*, id eſt, quatuor unc quia non fiunt partes inæquales, niſi teſtato expreſſerit. §. 6. *hic. verſ. ſatis.*

Quid juris in ſecundo caſu?

Reſp. Si quidam inſtituti ſint ex partibus, c dam ſine parte, hæc diſtinctio ſervanda eſt, u quibuſdam ex parte inſtitutis aliquid aſſi de id ſolum ferat qui ſine parte eſt inſtitutus, nihil deſit, tum in alterum aſſem vocatus in ligatur. §. 6. *hic. verſ. partibus.* ex. gr. ſi teſta ſic dixerit: *Titius ex ſemiſſe heres eſto, Sejus triente heres eſto, Mævius heres eſto*: hoc caſu *quit Imp.* eum qui ſine parte heres ſcriptus e obtinere quod aſſi deeſt. *d. verſ. partibus. hoc §* eſt, quod in diviſione hereditatis à teſtatore fa omiſſum eſt; ut in dicto caſu Mævius obtin *ſextantem*, quia Titio datus eſt *ſemis*, Sejo *tri* quæ duæ partes conficiunt 10. uncias: ergo liquæ duæ unciæ, quæ faciunt *ſextantem*, at buuntur Mævio ſine parte heredi ſcripto.

Secundo vero caſu, ubi univerſum aſſem ſtator inter aliquos heredes diſtribuit, & aliu vel alios heredes ſine partibus adjecit, veluti *tius ex ſemiſſe heres eſto, Mævius ex triente he eſto, Sejus ex ſextante heres eſto, Sempronius res eſto*: Hoc caſu *Imp.* dividit hereditatem duas partes æquales, ac dimidiam tribuit iis redibus, qui ex certis partibus inſtituti ſunt, teram vero dimidiam illi vel illis concedit, ſine partibus inſtituti ſunt. *verſ. ſi vero. h. §*

Quid juris eſt in tertio caſu, ubi omnes ex certis partibus inſtituti ſunt?

Reſp. Hic duo caſus notandi ſunt: *Pri*

ca

s eſt: Si teſtator aliquot heredes ſcripſerit certis partibus, nec diſtribuerit totum aſſem, adjecerit heredes aliquos ſine partibus, adeo aliqua pars hereditatis vacet, quæ nulli à teore tributa eſt: veluti ſi teſtator ita dixerit: *ius, Sejus, Mævius ſinguli ex quadrante heresunto*: eo caſu, *inquit Imp.* vacantem par tacite ſingulis heredibus pro hereditaria parccreſcere. §. 7. *verſ. & conſtat.* Ratio eſt, pro vacante parte dicatur teſtator inteſtatus eſſiſſe contra regulam. §. 5. *h. tit.*

Alter caſus eſt, ſi teſtator plures heredes ſcririt, quam ſunt partes aſſis ex quibus ſunt inuti; eo caſu, *inquit Imp.* ſingulis portionem creſcere tacite ſc. pro portione hereditaria, c §. 7. *verſ. ex diverſo.* Finge teſtamentum e eſſe:

Primus, ſecundus, tertius & quartus ex ter partibus heredes ſunto; hoc caſu teſtator diſouit quatuor tertias: neceſſe igitur eſt, unam tiam decreſcere, id eſt, quatuor uncias: uncum quatuor ſint ſcripti heredes ex æqualis partibus, dicendum eſt ſingulis unciam unam creſcere, & cum ſint inſtituti ſinguli ex triente, i continet quatuor uncias, tantum obtinebunt *adrantem*, id eſt, tres uncias.

Quid juris ſi teſtator plures uncias quam duodecim diſtribuit, & aliquem vel aliquos ſine partium deſignatione heredes fecit?

Reſp. Hoc caſu inquit Imp. §. 8. *h. tit.* hunc l illos ſine partibus heredes ſcriptos id accipere od deeſt *dupondio*, id eſt, quod fuit à teſtatore niſſum in diviſione dupondii: cum enim tetor aſſem excedit, intelligitur tranſire id dundium, quod conſtat duobus aſſibus, id eſt unciis. *Ex. cauſa*, teſtamentum ſit ita conceptum:

ceptum: *Titius ex octo unciis, Sejus ex quat unciis, Mævius ex tribus unciis heredes ſunto, S pronius heres eſto*; hoc caſu, quia teſtator *Ti Sejo & Mævio* diſtribuit quindecim uncias, *S pronius* obtinebit reliquas novem uncias; c unciæ quindecim & novem faciunt dupondi

Quid juris ſi teſtator exceſſit dupendium, quendam vel quoſdam ſine partibus hære ſcripſit?

Reſp. Hoc caſu *inquit Imp*. tranſitus fit *tripondium*, quod conſtet ex tribus aſſibus, eſt ex unciis triginta & ſex, adeo ut qui ſine p tibus heredes ſcripti ſunt, id conſequantur qu deeſt *tripondio*, quemadmodum in præcede caſu id accipiebant, quod deerat *dupondio*. mili ratione, ſi teſtator exceſſerit tripondiu & quoſdam ſine partibus heredes ſcripſerit, tribuemus quod deeſt *quadrupondio*. Itiden *quadrupondio* tranſibimus ad *quinquepondium*, ita deinceps. Conficiemus autem *quadrup dium* ex quatuor aſſibus, id eſt ex unciis qu draginta & octo: *quinquepondium* ex quinq aſſibus, id eſt, ex unciis ſexaginta, & ita de ceps.

Quid continetur quarta parte hujus tit.?

Reſp. Quarta pars docet, quibus modis inſ tutio heredum fieri poteſt.

Quænam ſpectanda in modo heredes inſti- tuendi?

Reſp. Modus ſpectatur in iis, quæ inſtitutic adjiciuntur, quorum quædam recte adjiciunt quædam vitioſe, quia adjici prohibentur.

Quænam recte adjiciuntur?

Reſp. Recte inſtitutioni adjicitur condit poſſibilis, unde hic dicitur *heredem inſtitui po*

pure, & ſub conditione, ut ſi navis ex Aſia erit Titius heres eſto. §. 9. hic. Ratio eſt, conditio ubi extiterit retrotrahitur ad tem- mortis teſtatoris. *l. poteſt.* 56. *ff. de hered.*

Quænam adjiciuntur vitioſe?

Reſp. Dies, & conditio impoſſibilis.

Quid juris eſt in die?

Reſp. Dies inſtitutioni heredis adjectus pro ſcripto habetur, quia heres neque ex certo pore, veluti *ex calendis illis*, nec ad certum pus, veluti, *uſque ad calendas illas* fieri poteſt, fit heres ſtatim & in perpetuum §. 9. *h. tit.* videatur teſtator pro parte teſtatus pro parte ſtatus deceſſiſſe.

Quid juris eſt in impoſſibili conditione?

Reſp. Impoſſibilis conditio ultimæ voluntati ecta pro non ſcripta habetur. §. 10. *hic.* Ex. ſſa, *Titius ſi cœlum digito tetigerit heres eſto,* d per rerum naturam fieri non poteſt, quare impoſſibile dicitur natura, illa vero quæ tra bonos mores ſunt jure impoſſibilia dicun- ut *ſi patrem occidas heres eſto.*

An idem obtinet in contractibus?

Reſp. Non, ſed aliud eſt in contractibus, in bus talis conditio ipſum contractum vitiat, n ibi de duorum voluntate quæratur, quibus imputari poteſt, quod videantur voluiſſe il agere. *l.* 31. *ff. de obl. & act.* Aliud vero in ultima voluntate, cum teſtator non præ- atur velle ludere: præſtat igitur inutile re- di, quam ſubſtantiam ſubverti, idque in fa- em ultimarum voluntatum.

Quid juris ſi plures conditiones adſcriptæ ſint?

Reſp.

Reſp. Si plures conditiones conjunctim ſcriptæ ſint; veluti *ſi navis ex Aſia venerit. Titius conſul fuit, Mævius heres eſto*; Ma non proderit, quod una conditio ſit imp quia non poteſt fieri heres niſi utraque conc exſtiterit. §. 11. *hic.*

Quid ſi disjunctim adjiciantur?

Reſp. Si plures conditiones disjunctim ciantur; veluti *ſi navis ex Aſia venerit, au tius conſul factus fuerit, Mævius heres e* ſufficit alteram conditionem impleri, ut M us hereditatem adire poſſit. *d.* §. 11. *hic.*

Poteſtne etiam teſtator penitus ſibi ignotun inſtituere?

Reſp. Perſona ignota recte inſtituitur h Cum ignotam dicimus, non intelligimus ir tam, vel quæ demonſtrari nequeat, ſed quæ extrinſecus ſit ignota, quam teſtator vidit, licet certa ſit & demonſtretur à teſtat incerta enim perſona inſtitui nequit. §. *hoc tit.*

AD TIT. XV.

De vulgari Subſtitutione.

DIximus de heredis inſtitutione, vide aliquid de ſubſtitutione.

Quid eſt ſubſtitutio?

Reſp. Subſtitutio eſt *ſecundi heredis inſti* l. ex facto. §. Lucius. ff. de vulg.

Quotuplex eſt ſubſtitutio?

Reſp. Duplex, *vulgaris* & *pupillaris*?

Quid eſt ſubſtitutio vulgaris?

Reſp. Quæ à quolibet teſtatore fieri poteſt libet in primum caſum, *ſi heres non erit.*

Quotuplex eſt illa vulgaris?

Reſp. Duplex, *expreſſa* & *tacita.*

Quænam eſt expreſſa?

Reſp. Expreſſa eſt, quæ verbis exprimitur; ut, *us ſit heres meus, & ſi Cajus heres non erit, us heres eſto.*

Quænam eſt tacita?

Reſp. Tacita eſt, quæ non expreſſa intelligitur; ut, *Cajus & Sejus uter eorum vixerit heres eſto.* eo caſu ſi uterque ſupervixerint, ambo heredes erunt; ſi vero unus nolit eſſe heres non poſſit, alter ſolus heres erit. *l. Titius & us. ff. de hered. inſt.*

Quot modis fit expreſſa vulgaris?

Reſp. Duobus modis; vel *verbis generalibus, ſpecialibus.*

Quomodo fit verbis ſpecialibus?

Reſp. Quando exprimuntur omnia; veluti ſi ſtator ita dixerit, *Cajum heredem inſtituo, & ſi us heres eſſe nolit, vel non poſſit, Sejus heres eſto.*

Quomodo fit verbis generalibus?

Reſp. Quando, vel nihil, vel non omne exprimitur; veluti ſi ita dixerit, *Cajum heredem ſtituo, & ſi Cajus heres eſſe nolit, Sejus heres* , vel *Cajum heredem inſtituo, eique Sejum ſtituo.*

Quot heredes licet teſtatori ſubſtituere?

Reſp. Quot ipſe velit; quia teſtator poteſt facere in teſtamento tot gradus heredum, quot voluerit, *pr. hic.* hoc eſt, poteſt quibuſlibet

 heredibus

heredibus inſtitutis, non tantum ſubſtituere
cundo, ſed etiam tertio & quarto atque ulte
ri gradui.

Quomodo ſubſtitui poteſt?

Reſp. Variis modis: vel enim plures uni
redi ſubſtitui poſſunt, veluti *ſi Titius heres
erit, Sejus & Mævius heredes ſunto*; vel ex
verſo unus pluribus, ut *ſi Sejus & Mævius h
des non erunt, Titius heres eſto*; vel ſinguli
gulis, veluti *ſi Sejus & Mævius non erunt h
des, ſubſtituo Sejo Titium, & Mævio Sempr
um*; vel invicem ipſi, veluti, *Sejum & Mæv
heredes inſtituo, eoſque invicem ſubſtituo,*
eſt, ſi *Sejus* heres non erit, *Mævius* heres eſto
ſi Mævius heres non erit, Sejus heres eſto; &
dicitur ſubſtitutio *breviloqua ſive reciproca.*
h. tit.

*Quando teſtator plures heredes ex diſpar
partibus inſtituit, eoſque invicem ſubſti
nulla facta partium mentione, quas pa
intelliguntur habere?*

Reſp. Si teſtator ita dixerit: *Cajum ex ſem
Mævium ex triente, Sejum ex ſextante her
inſtituo, eoſque invicem ſubſtituo*, hoc caſu
dere aliquis poſſet, tacite in ſubſtitutione
tes æquales datas videri, *arg.* §. 6. *ſupr. de
red. inſt.* contrarium tamen hic reſpondet
quia partes in ipſa inſtitutione expreſſæ
ſentur tacite in ſubſtitutione repetitæ, ut in
cto exemplo: ſi *Cajus* repudiat hereditate
portio ejus *Mævio* & *Sejo* debetur jure ſubſ
tionis, non pro partibus æqualibus, ſed
Mævius ex triente, *Sejus* ex ſextante her
ſcripti ſunt, idcirco etiam portio *Caji* inter
vium & *Sejum* pro triente & ſextante divid
adeo, ut *Mævius* conſequatur *beſſem*, vid.

r uncias jure inſtitutionis, & totidem jure ſtitutionis: *Sejus* accipiet *trientem*, id eſt, s uncias jure inſtitutionis, & alteras duas jure ſtitutionis. §. 2. *hic.*

Diximus de ſubſtitutione expreſſa, dicamus aliquid de tacita, quæ colligitur ex conjectura voluntatis; quando hæc locum habet?

Reſp. Hæc locum habet, cum ſubſtitutio in us ſubſtituti perſona expreſſa, in alterius perſona intelligitur.

Da exemplum.

Reſp. Exemp. gr. Teſtator duos heredes ſcri-, in primo gradu *Titium & Mævium*, ac *Ti- Mævium ſubſtituit*, item *Mævio Semproni-*; veluti *Titius & Mævius heredes ſunto; Si us heres non erit, Mævius heres eſto; Si vius heres non erit, Sempronius heres eſto,* e nec *Titium*, nec *Mævium* heredes eſſe, ſed mque repudiare hereditatem; quæritur u-n *Sempronius* qui fuit *Mævio* ſubſtitutus ac-at ſolam partem *Mævii* jure ſubſtitutionis, an m partem *Titii*: *Imp.* reſpondet hoc caſu eſſe diſtinguendum inter partem *Mævii* & em *Titii*; ſed ad utramque *Sempronium* ſubſtitutionis admitti, quia cum *Mævius* ſit titutus *Titio*, & *Sempronius Mævio*, conſe-nter *Sempronius* eſt ſubſtitutus etiam *Titio*; oc eſt quod *Imp.* ait *ſine diſtinctione*. §. 3. *hic.*

Quænam eſt conditio vulgaris ſubſtitutionis?

Reſp. Conditio vulgaris ſubſtitutionis hæc eſt, *ſtitutus heres non erit*, proinde inſtituto he-e adeunte cui ſubſtitutus datus erat, ſubſtitu- vulgaris evaneſcit, quia ſubſtitutionis con-o deficit.

Sed an ſemper hæc regula vera eſt?

Reſp. Hæc regula fallit uno caſu, quem *Imp.* proponit §. *ult.* Exemp. gr. Teſtator vum meum quem putabat eſſe hominem li rum (quia forte pro libero ſe gerebat) hered ſcripſit, eique vulgariter, id eſt, *ſi heres non ſet*, *Mævium* ſubſtituit. Mortuo teſtatore c appareat heredem inſtitutum eſſe meum ſerv oritur quæſtio inter me & *Mævium* ſubſtitutu Ego enim aſſero hereditatem per ſervum ju meo adeuntem mihi acquiri, ſecundum doc nam traditam *in tit. per quas perſ. ſupr.* *Mæ* autem ſubſtitutus contendit, ſervum meum n poſſe eſſe heredem, quia non poteſt hered tem ſibi acquirere ſecundum teſtatoris inten nem, quia cum putaret eum eſſe liberum, n potuit habere hunc animum, ut heres ſcrip mihi hereditatem acquireret, ſed potius ſibi ip *Imp.* in hoc caſu partem dimidiam heredit *Mævio ſubſtituto* tribuit, alteram dimidiam *n domino* heredis inſtituti, *quia in obſcuris med viam eligimus.* §. *ult. ſupr. quibus ex cauſ. m non. lic. l. ſemper. 9. de R. I.*

AD TIT. XVI.

De pupillari ſubſtitutione.

Quid eſt pupillaris ſubſtitutio?

Reſp. SUbſtitutio pupillaris eſt, qua pater beris ſuis impuberibus in poteſtate c ſtitutis ſubſtitutum dat, in hunc caſum, *ſi h erit, & ante pubertatem deceſſerit.*

Quæ requiruntur ut hæc ſubſtitutio pupillaris procedat?

Reſp. Sex: *Primo*, ut tantum ſint liberi; *cundo*, ut pater det, mater enim non pote

Te

rtio, ut ſint impuberes; *Quarto*, ut ſint in poſtate; *Quinto*, ut tum demum valeat cum par ipſe ſibi condiderit teſtamentum, ex ratione eganti. §. 5. *h. tit. Sexto*, ut ad pubertatem t, quæ omnia fere ex definitione intelligi poſnt.

Hæc ſubſtitutio quomodo formatur?

Reſp. Hoc modo; *Titius filius meus heres mihi o, & ſi Titius filius meus heres mihi non erit, e heres erit & prius moriatur, quam in ſuam telam venerit*, id eſt, antequam pubes factus , *tunc Sejus heres eſto*: pr. hic. verſ. veluti.

Quid eſt quaſi pupillaris ſubſtitutio?

Reſp. Quaſi pupillaris eſt, quæ & *exempla-* ſolet appellari, qua parentes utriuſque ſexus, n mater quam pater liberis mente captis, ſive ioſi ſive dementes ſint, teſtamento ſubſtitun dant, *ſi heredes erunt, & in eadem aliena-ne mentis deceſſerint*. §. 1. h. tit.

Qua in re conveniunt pupillaris & quaſi pupillaris ſubſtitutio?

Reſp. Conveniunt in iſtis: *Primo*, utraque fit eris; *Secundo*, utraque fit in ſecundum caſum; *rtio*, pupillus & furioſus æquiparantur. §. 9. *r. de inutil. ſtip.* quia parum intereſt, utrum s ætate an moribus puer ſit, *ut ſcribit Ariſt.* 1. *cap. 2. part. 9.*

An non etiam differunt?

Reſp. Omnino: *Primo*, is tantum ſubſtituit pillariter, qui liberos habet in poteſtate, quaſi pillariter etiam is, qui non habet in poteſtate, mater; *Secundo*, pupillariter ſubſtituitur libe- impuperibus, quaſi pupillariter liberis furio- aut mente captis; *Tertio*, pupillariter etiam eris exheredatis ſubſtitui poteſt, quaſi, non

item; *Quarto*, pupillariter ſubſtituitur hoc m *ſi in pupillari ætate deceſſerit*, quaſi pupilla hoc modo, *ſi prius deceſſerit quam compos tis factus fuerit*; *Quinto*, pupillaris ſubſti finitur pubertate, quaſi pupillaris finitur m ſanitate: hæ differentiæ colliguntur *ex t. & l. 9. C. de impub. & aliis ſubſt.*

Quot ſunt teſtamenta in ſubſtitutione pup lari?

Reſp. Quod ſunt duo teſtamenta, unun tris & alterum filii; & rurſus unum eſt teſtar tum, ſed diverſo reſpectu: *duo ſunt* ration verſarum hereditatum, & ratione veritatis ad perſonas teſtantium; *unum eſt* teſtamer reſpectu ſolennitatum, & illius qui ordinat ſuo & filii nomine. §. 2. *h. tit.*

Poteſtne pater filio ſuo impuberi ſubſtitutio nem pupillarem ſeorſim facere?

Reſp. Poteſt; & vulgarem quidem ſub tionem palam facere, & in primis teſtan partibus ordinare debet: illam autem ſub tionem, per quam *ſi heres extiterit pupillu ante pubertatem deceſſerit* ſubſtitutus vocatu paratim in inferioribus partibus teſtamenti bere poteſt; eamque partem proprio lino priaque cera conſignare, & in priore parte t menti cavere, ne inferiores tabulæ vivo fil adhuc impubere aperiantur. §. 3. *h. tit.*

An tantum liberis heredibus inſtitutis ſu tuere parentes poſſunt, vel an etiam redatis?

Reſp. Quod pater non tantum liberis he bus inſtitutis ſubſtituere poteſt, verum etiar heredatis, idque ex ratione patriæ poteſ §. 4. *h. tit.*

Non obſtat, *quod ab eo, cui nihil dedi, nihil legare poſſum?* l. 2. ff. de fideicom.

Reſp. Per ſubſtitutionem de bonis alicujus niminuitur.

Inſt. *Exheredatus non habet bona.*

Reſp Non à patre, ſed aliunde habere poteſt, a legato.

Inſt. *Pugnat cum formula pupillaris ſubſtitutionis.*

Reſp Hæc non eſt certa, & tantum exemcauſa proponitur; ſi enim exheredatus filius hac formula opus eſt: *ſi filius meus Titius, n exheredem ſcripſi, intra pubertatis annos dat, ſubſtituo Sempronium.*

uænam ſunt ſolennia pupillaris ſubſtitutionis?

Reſp. Solenne unum eſt, ut prius ſtruatur amentum patris quo ſubſtituitur impuberi, a pupillaris ſubſtitutio pendet ex teſtamento erno, ita ut ſine eo non conſiſtat. §. 5. *h.* generalis enim regula juris eſt, *acceſſorium conſiſtere ſine principali. l.* 178. *ff. de R. I.*

i plures quis liberos impuberes habeat, quomodo fit ſubſtitutio?

Reſp. Subſtitui poſſe vel uni vel pluribus lis; cum autem uni tantum noviſſime mori- ſubſtituitur, tunc aliis prius morientibus cedit ab inteſtato. §. 6. *h. tit.*

uænam eſt formula pupillaris ſubſtitutionis?

Reſp. Subſtituitur impuberi vel nominatim; uti, *ſi filius meus in ætate pupillari deceſſerit, us heres eſto*: vel generalibus verbis; veluti, *quis mihi heres erit, idem filio meo impuberi s eſto.* §. 7. *h. tit.*

Ad quotum ætatis annum ſubſtitui poteſt?

Reſp. Maſculo uſque ad annum 14. fœm uſque ad annum 12. ſubſtitui poteſt, hoc tem tempore elapſo ſubſtitutio evaneſcit. *h. tit.*

An non etiam ſubſtitui poteſt aliis perſonis eſt, *his qui vel ſunt puberes, vel non in teſtatoris poteſtate, ut extranei vel emancipati?*

Reſp. Eis non poſſe ſubſtitui nec pupil ter, nec quaſi pupillariter; quia nemo poteſ teri dare heredem ſeu facere teſtamentum: teſt tamen his, ſi heredes inſtituantur, ſubſ per fideicommiſſum. §. *ult. verſ. ſed hoc.* ve his improprie dicitur ſubſtitui.

Ad Tit. XVII.

Quibus modis teſtamenta infirmantur

HActenus dictum eſt de teſtamentis co tuendis, conſequenter agitur de iiſdem firmandis.

Teſtamenta vel dicuntur *ipſo jure eſſe n* hoc eſt, *injuſta*, cum ſolennia juris deſunt; *ex poſt facto*, cum ea, quæ ab initio rite o nata ſunt, infirmantur.

Quot modis infirmantur?

Reſp. Quatuor potiſſimum modis: *Prin* rumpitur per agnationem ſui heredis, hoc cum alicui naſcitur filius in poteſtate, vel c quis per adoptionem ſuæ poteſtati aliquem ſ jicit; & rumpi dicitur per poſterius teſtam tum jure perfectum & validum.

Secundo, dicitur irritum fieri per capitis minutionem ipſius teſtatoris.

Tertio, dicitur reſcindi per querelam ino cioſi teſtamenti. *Quar*

Quarto, dicitur deſtitui cum heres ſcriptus n adit hereditatem; verum hæ appellationes pe confunduntur.

Quomodo teſtamenta infirmantur?

Reſp. Aut ipſo jure, aut per ſententiam juis, aut jure prætorio per bonorum poſſeſſion contra tabulas.

Hic tit. declarat modos quibus teſtamenta o jure in totum infirmantur; de ſententia juis dicetur *tit. ſeq.* de bonorum autem poſſeſne contra tabulas agitur *infr. libr.* 3. *tit.* 10.

Quouſque teſtamentum jure factum valet?

Reſp. Teſtamentum rite factum eouſque va, donec rumpatur aut irritum fiat. *pr. h. tit.*

Quomodo rumpitur?

Reſp. Rumpitur cum in eodem ſtatu manente atore ipſius teſtamenti jus vitiatur; nam ob tationem ſtatus teſtatoris, teſtamentum non itur ruptum, ſed irritum. §. 4. *h. tit.*

Quot modis jus ipſius teſtamenti vitiatur?

Reſp. Jus ipſius teſtamenti vitiatur duobus uentibus modis, id eſt, tantum duabus ſeentibus cauſis; *Prima cauſa* rumpendi teſtanti eſt agnatio, vel quaſi agnatio poſthumi. §. 1. *h. tit.*

Secunda cauſa eſt poſterius teſtamentum ipſius tatoris. §. 2. *h. tit.*

Hinc oriuntur duæ quæſtiones:

Prima eſt; *ſi in priori teſtamento heredes ex partibus hereditariis, poſteriore vero alii heredes ex certis rebus inſtituti reperiantur, utrum teſtamentum valeat, dubitationem enim facit quia prius teſtamentum rectè factum eſt; poſterius autem non videtur rectè*

factum, cum certi juris ſit hereditatem ſe quandam univerſitatem bonorum, ideoue heredem ex certis rebus fieri non poſſe?

Reſp. *Imp.* nihilominus teſtamentum po-rius valere & prius rumpi. §. 3. *h. tit.* nec o-ſtat, quod in poſteriore teſtamento heredes ſi-pti ſunt ex certis rebus, quia nihilominus fiut heredes univerſales, ſecundum doctrinam n §. 5. *ſupr. de hered. inſt.* traditam, & in *l.* 13. *ſi ex fundo. ff. de hered. inſt.*

Secunda quæſtio eſt; *ſi teſtator in ſecundo -ſtamento juſſerit etiam prius teſtamenm valere, an hæc voluntas rata ſit?*

Reſp. *Imp.* poſterius teſtamentum valere je directo, tanquam verum teſtamentum, pris autem, quia non poteſt valere jure directo, ie ſint duo teſtamenta ejuſdem teſtatoris, trahid fideicommiſſum, ita ut heres ſcriptus in ſecuo teſtamento teneatur reſtituere hereditatem e-redibus ſcriptis in priore teſtamento, deduis iis, quæ ſibi à teſtatore relicta ſunt, & inſuer ſuppleta quarta *Falcidia ſeu Trebellianica*, ſi i-nus ei à teſtatore relictum fuerit.

Expoſitus eſt primus modus teſtamenti ru-pendi, id eſt, ſalvo teſtatoris ſtatu; quiſ ſecundus modus quo teſtamenta infirmant?

Reſp. Secundus modus eſt, cum ſtatus tea-toris mutatur; vid. cum teſtator capite mini-tur, ſive ſit *maxima*, ſive *media*, ſive *minima* i-*pitis minutio*, quo caſu dicitur teſtamentum ii-tum fieri. §. 4. *h. tit.*

Ex his, quæ dicta ſunt de teſtamento irr, duæ quæſtiones oriuntur:

Prima eſt, *quomodo teſtamentum irritum a rupto diſtinguatur?*

Re-

Reſp. Imp. teſtamentum ruptum & teſtamen-n irritum non diſtingui ex propria vocabulo-n ſignificatione, ſed ex uſu juris, quo ſc. faci-s diverſi modi teſtamentorum infirmandorum gnoſci poſſint. §. 5. *h. tit.*

Secunda quæſtio eſt, *an teſtamentum, quod ſemel factum eſt irritum, omnino & in perpetuum ſit inutile?*

Reſp. *Imp.* hoc teſtamentum jure prætorio nvaleſcere, dummodo ſeptem teſtium ſignis ſignatum ſit, & teſtator in priſtinum ſtatum vertatur, ita ut mortis tempore ſit civis Ro-anus & ſui juris. §.*6.h.tit.*

Teſtamentum ſolenniter factum an poteſt nuda voluntate contraria revocari?

Reſp. Non poteſt: & illud adeo verum eſt, ſi quis, poſt factum prius teſtamentum, poſte-is facere cœperit, & aut morte præventus, t, quia ejus rei eum pœnituit, id non perfe-rit, D. Pertinacis oratione cautum eſt, ne as tabulæ priores jure factæ irritæ fiant, niſi quentes jure ordinatæ perfectæ fuerint; nam nperfectum teſtamentum ſine dubio nullum t. §. 7. *h. tit.*

An non etiam Imp. *hujuſmodi hereditatem adit?*

Reſp. *Imp.* §. *ult.* quod non. Imo non ad-ittit *Imp.* hereditatem ſibi litis cauſa relictam, eſt, ut potens adverſarius ei, qui contra teſta-rem litigat, opponatur, quod invidioſum eſt. *g. pen. ff. de hered. inſt.* Imo nec aliquid vult cipere ex teſtamento vel alia ſcriptura, quæ on rite & ſolenniter facta ſit; quamvis enim *rinceps legibus ſit ſolutus*, quoad ſc. majeſtatem poteſtatem de facto ſi velit, tamen quoad ho-neſtatem,

neſtatem, verecundiam, & debitum illud qu[illegible] reip. debet minime *legibus ſolutus eſſe videtur*.

Ad Tit. XVIII.

De inofficioſo Teſtamento.

POſtquam expoſiti ſunt modi quibus teſtamen-tum ipſo jure infirmatur, conſequenter a[illegible]-tur *de querela inofficioſi*, quâ fit ut teſtamentum per ſententiam judicis reſcindatur.

Quid eſt querela inofficioſi teſtamenti?

Reſp. Querela inofficioſi teſtamenti eſt reme-dium extraordinarium, quo certæ perſonæ [illegible] inique exheredatas vel præteritas conquerunt[illegible], hoc colore quaſi non ſanæ mentis fuerint teſ-tores: illi enim qui aliorum delinimentis ſed[illegible] ſeſe patiuntur, ut in proprium ſanguinem con[illegible] pietatis officium inſurgant, ſuo modo me[illegible] capti eſſe videntur.

Hanc enim querelam parit *exheredatio*, [illegible] *præteritio* quæ pro exheredatione habetur, [illegible] eſt, præteritio facta à matre vel avo matern[illegible], vel aliquo ex liberis, vel certis caſibus à fra[illegible] vel ſorore, nam horum præteritio pro exhe[illegible]-datione habetur. *ſupr. de exher. lib.* §. *ult.*

Definiri etiam poteſt *imploratio officii judi[illegible], ut teſtamentum inofficioſum reſcindat.*

An huic querelæ etiam hodie poſt Nov. 1[illegible] cap. 3. *locus eſt?*

Reſp. Quod ſic; veluti ſi parentes libe[illegible] ſuos exheredant inſerta legitima cauſa, quam [illegible] non commiſerunt, vel quæ non poteſt ab he[illegible]-de probari, tunc enim teſtamentum, quod ip[illegible] jure valet, per *inofficioſi querelam* reſcinditur.

Quare introducta eſt hæc querela?

Re-

Reſp. Quia plerumque parentes ſine cauſa li-·os ſuos exheredant, novercalibus delinimen-inſtigationibuſque corrupti. *pr.h.tit.l.4.ff.eod.*

Quibus competit hæc querela?

Reſp. Hic notandæ tres regulæ:

?rima regula eſt: *hæc querela competit, Primo, ·ris immerito exheredatis; Secundo, parenti-indiſtinctè ratione ſexus; Tertio, fratribus & ·ribus germanis, & conſanguineis,* non vero rinis, non aliter tamen quam ſi turpes per-æ heredes inſtituantur. Cæteri ultra fratres 1 poſſunt de *inofficioſo teſtamento* jure agere. [. *h. tit.*

ecunda regula eſt: *hæc querela datur tam li-is naturalibus, quam adoptivis.* Hæc regula ıen ab *Imp.* duobus modis limitatur: *Prima itatio eſt*; non datur hæc querela liberis ad-ivis, niſi adoptati ſint ab avo paterno, vel :erno, ſecundum §. 2. *ſupr. de adopt.* & §.5. ·. *de exher. lib.* *Secunda limitatio eſt*; ita ıum datur liberis hæc querela, ſi nullo alio : ad defuncti bona venire poſſunt. §.2. *h.tit.*

Tertia regula eſt: *hæc querela datur tam poſt-is, quam liberis jam natis,* dummodo (ut ımus) nullo alio jure ad defuncti bona ve-: poſſunt. *eod.* §. 2. *h. tit.* ſunt enim non-li caſus, in quibus querela non habet locum, liximus, ſi heredes alio modo ad hereditatem venire poſſint, locum hanc querelam non ere, eſt enim hoc remedium extraordina-n, & ſuo modo odioſum, ideo non compe-niſi omnibus aliis remediis ceſſantibus.

Quibus modis igitur ceſſat hæc querela?

Reſp. Tribus modis: *Primo*, ſi teſtator aliquid querit exheredatis, quamvis minus legitima quit, de inofficioſo teſtamento agere non

poſſunt,

poſſunt, ſed legitimæ ſupplementum petere de-
bent. §. 3. *h. tit.*

Secundo, qui judicium teſtatoris ullo modo probavit, veluti qui legatum ex teſtamento petiit, non poteſt amplius agere de inofficioſo teſtamento; hæc regula etiam valet contra eos, qui alieno nomine in judicio fuerunt, veluti contra advocatos: hanc regulam *Imp.* hic non tradit, ſed ad eam reſpiciens, excipit tutorem qui in teſtamento patris ſui fuit exheredatus & neceſſitate officii coactus petiit legatum pupillo ſuo in eodem teſtamento relictum, hic enim tutor excuſatur, nec amittit querelam inofficioſi. §. 4. *h. tit.* quemadmodum è contrario, non amittit legatum ſibi relictum à patre pupilli, ſi pupilli nomine teſtamentum inofficioſum dixerit & ſuperatus fuerit. §. 5. *h. tit.*

Tertio, quarta portio, quæ vulgo vocatur *legitima*, querelam excludit, id eſt, qui quovis titulo habet quartam ex bonis defuncti, non poteſt ejus teſtamentum tanquam inofficioſum accuſare. §. *ult. hic.* hodie vero, hæc legitima relinquenda eſt titulo inſtitutionis, *Nov.* 115. *cap* 3. & mutata eſt in trientem bonorum, extantibus quatuor vel paucioribus liberis; ſemiſſem vero pluribus, *Auth. Noviſſima.* *h. tit.* ſecundum vulgatos verſus:

Quattuor, aut infra, dant natis jura trientem;
Pluribus, aut ſupra, dant natis jura ſemiſſem.

AD TIT. XIX.

De heredum qualitate & differentia.

QUÆ huc uſque de *ultima voluntate* dicta ſunt, ea omnia pertinent ad quæſtionem, an *teſtamentum valeat*, id eſt, an hereditas ex teſtamento

amento recte delata ſit. Reſtat ut videa-s, quomodo *hereditas* ita *delata heredi inſti-o* acquiratur, unde hic titulus de *heredum ilitate & differentia*; quoniam, ut ſciamus, omodo hereditas acquiratur, ex *heredum qua-te & differentia* dependet, aliis enim acqui-r *invitis*, aliis non niſi *volentibus*.

Quotuplex eſt heredum qualitas?

Reſp. Triplex: heredes aut ſunt *neceſſarii, ſui & neceſſarii*, aut *extranei. pr. hic.*

Quis eſt heres neceſſarius?

Reſp. Qui *nolens volens hereditatem adire co-ur*; ut ſervus à domino heres inſtitutus, ita ut eodem teſtamento libertatem ſimul & here-tem capiat, non aliunde accepturus. § 1.

Qui ſunt ſui & neceſſarii?

Reſp Sui heredes ſunt defuncto liberi ejus, quo modo ſive ex *teſtamento*, ſive *ab inte-o* ad hereditatem ejus vocati, qui in poteſtate rientis fuerunt, & ſunt primo gradu tunc, n incipit primum his hereditas deferri. §. 2.

Cur hi dicuntur ſui?

Reſp. Sui dicuntur quaſi *domeſtici*, ſive *pro-i heredes* quaſique *ſui ipſius heredes*; quia filii o patre rerum paternarum quodammodo do-ii ſunt. §. 2. *hic. verſ. ſed ſui.*

Quare hi dicuntur etiam neceſſarii?

Reſp. Quia *jure civili*, ſive velint ſive nolint, guntur eſſe heredes; quanquam *jure prætorio* tinere poſſint, priuſquam ſe immiſceant. §. 2. *verſ. unde.*

Qui ſunt extranei?

Reſp.

Reſp. Qui teſtatoris juri ſubjecti non ſi ; *ſive ſint liberi emancipati*, ſive *ſervi manumi*, ſive *aliæ quæcunque perſonæ.* §. 3. *hic.*

Quænam tempora ſpectanda ſunt, ut here des ſint capaces hereditatis?

Reſp. Heredes tribus temporibus debent ſe capaces; vid. *teſtamenti facti, mortis teſtat is, & aditionis hereditatis.*

Teſtamenti facti propterea, quia ſi inſtitio heredis hoc tempore non valeret, nec ex ſt facto vires poſſit aſſumere. *l.* 29. *de R. I.* *Ar tis teſtatoris*, quia per mortem teſtatoris co r matur teſtamentum. *Aditionis hereditatis*, ut cum adit, poſſit adire hereditatem.

Quid autem ſi intermedio tempore quis ſit in capax?

Reſp. Non nocet, modo his tribus tempo bus *teſtamenti facti* ſcil. *mortis teſtatoris*, & *a tionis*, capax inveniatur. §. 4. *hic.*

Heredes extranei habentne aliquod bene cium?

Reſp. Habent, beneficium nimirum ſeu *deliberandi*, quo heredes petunt à judice ſibi tum aliquod tempus dari, ut cognitis actioni hereditariis, ſummarie deliberent, utrum ve adire, vel repudiare hereditatem. §. 5. *in pr*

Habentne adhuc aliud aliquod beneficium

Reſp. Habent, *jus* ſcil. *inventarii*, quo quis conſequitur, repertorio omnium bono facto, ut teneatur tantum uſque ad vires hen tarias. §. 5. *hic.*

Quot modis aditur hereditas?

Reſp. Duobus modis: *Primo, verbis*, hoc ſt, nuda voluntate expreſſa, cum quis dicit *ſe* ...

re hereditatem; *Secundo, facto*, quando quis *ro herede* gerit.

Quid eſt pro herede gerere?

Reſp. Pro herede gerere eſt aliquid gerere, ſi heres; puta, *rebus hereditariis utendo, eas rahendo, prædia hereditaria locando, vel co- lo.* §. *ult. hic. verſ. pro herede.*

Poteſtne ſe mutus vel ſurdus pro herede gerere?

Reſp. Poteſt: ſi tamen intelligit quid agat; n qui non intelligit, ejus nomine tutor, vel ator adire debet. *l.* 18. *C. de jur. delib.*

AD TIT. XX.

De Legatis.

HActenus diximus de jure *deferendæ* & *acquirendæ* teſtamento *hereditatis*, ſequitur videamus de *legatis*, quæ quia ut plurimum amento relinquuntur, ejuſque optima pars t, ideo cogit argumenti conjunctio, & hic uid de legatis exponere, ne parte una teſta- nti cognita alia ignoretur, ut hic *Imp.* docet *r. tit.*

Quid ergo eſt legatum?

Reſp. Legatum eſt *donatio quædam à defuncto cta ab herede præſtanda.* §. 1. *h. tit.*

Cur legatum dicitur donatio?

Reſp. Quia etiam alias legata & fideicom- ſa particularia quoad effectum æquiparantur ationibus impropriis.

Quare particula quædam *additur, & cur* à defuncto relicta?

Reſp. Quia donatio mortis cauſa proprie inter

ter præſentes conſtituitur, hæc autem poſt m[illegible]tem legantis robur ſuum accipit.

Cur adduntur hæc verba, ab herede præſtanda?

Reſp. Quia ſunt de eſſentia legati; ſem[illegible] enim legatum ſic relinquitur ut ſit præſtanc[illegible] ab herede: & ita legatarius non poteſt via [illegible]cutiva legatum petere, ſed ab ipſo herede p[illegible]ſtandum. *Joh. Phil. uſ. pract. Inſt. hic Eclog.* [illegible]

Quot ſunt legatorum genera?

Reſp. Olim quatuor legatorum genera e[illegible]runt; ſcil. per *vindicationem*, per *damna[illegible]nem*, *ſinendi modo*, & *per præceptionem*. §. [illegible] *olim. 2. h. tit.*

Quod eſt legatum per vindicationem?

Reſp. Quod verbis imperativis ad ipſum [illegible]gatarium directis relinquitur; veluti, *Sejus* [illegible]*dum illum vindicato, Sejus ſervum illum* [illegible]*mito.*

Quod eſt legatum per damnationem?

Reſp. Cujus verba diriguntur ad hered[illegible] veluti, *heres meus damnas eſto fundum Tuſc[illegible]num Sejo dare.*

Quod eſt legatum ſinendi modo?

Reſp. Cujus verba ſunt ambigua; veluti, [illegible]*res meus rem illam Titio permitte ſumere, & [illegible] eam habere.*

Quod eſt legatum per præceptionem?

Reſp. Quando unus heredum juſſus eſt p[illegible]cipere quid; veluti, *Pamphile liberte mi pr[illegible]pito, tibi habeto fundum meum Tuſculanum.*

An inter hæc legatorum genera olim nulla erat differentia?

ŀeſp. Erat maxima, non ſolum quoad ver- *ut hic. verſ. & certa.* verum etiam quoad ı & effectum. Verum *Imp.* has differentias ılit, & favore ultimarum voluntatum con- ıit, ut omnibus legatis una ſit natura, & qui- :unque verbis quid legatum ſit, ad id legata- agere poſſit, non ſolum per actiones *perſo-* 's, ſed etiam per *in rem*, & per *hypotheca-* *n.*

Qua in re fundatur actio perſonalis?

ŀeſp. In quaſi contractu; quia heres adeun- hereditatem videtur quaſi contrahere cum ıtariis. §. *heres quoque. 5. infr. de obl. quæ* *ſi ex contr. naſc.*

Qua in re fundatur actio in rem?

ŀeſp. In dominio; quia rei legatæ dominium ım mortuo teſtatore tranſit in legatarium. *l.* *itio.* 64. *ff. de furt.*

Qua in re fundatur actio hypothecaria?

ŀeſp. Qua res teſtatoris tacite obligatæ ſunt ſolvendis legatis. *l. 2. & tot. tit. C. comm.* *eg.*

An non etiam olim fuit differentia inter legata & fideicommiſſa particularia?

ŀeſp. Quod ſic, non ſolum quoad verba, ve- ı etiam quoad vim & effectum, qui conſiſte- in eo, quod legata erant ſtricti juris, fidei- ımiſſa autem pinguioris naturæ. §. *ſed non.* *hic. verſ. cum enim.* itaque legata tantum re-]ui poterant in teſtamento, fideicommiſſa ım ab inteſtato. §. 10. *infr. de fid hered* Legata :ſtantur ab herede, fideicommiſſa etiam à le- ırio vel fideicommiſſario. *pr. inſt de ſing.* *per fid.* Legata non poterant relinqui poſt rtem heredis, fideicommiſſa poterant. §. *poſt* *mortem.*

mortem. 35. *infr. h. tit.* ſed has omnes diffe-rentias *Imp.* ſuſtulit, & fideicommiſſa legatis ex-æquavit per omnia & in omnibus, & vice verſa fideicommiſſa legatis; adeo ut inter ea quad vim & effectum hodie nulla ſit differentia. § 3. *h.t. verſ. ut nulla.*

Quænam res legari poſſunt ?

Reſp. Omnes tam corporales quam incorpo-rales, modo non excipiantur: hinc Imp. circa res legatas viginti quæſtiones diſſolvit.

Prima quæſtio eſt; *utrum res tantum te-ſtatoris legari poſſit, an etiam aliena ?*

Reſp. Non ſolum autem rem teſtatoris, vel heredis, ſed etiam alienam, id eſt, alicujus ex-tranei, legari poſſe; ita ut heres cogatur redi-mere eam & præſtare: vel ſi eam non poteſt re-dimere, æſtimationem ejus præſtare. ſed ſi ta-lis ſit res cujus commercium non eſt, vel adipiſci non poteſt, nec æſtimatio ejus debetur. §. non *ſolum.* 4. *verſ. ſed ſi. h. tit.* Quod diximus, rem alienam legari poſſe, hanc patitur limitationem, dummodo teſtator ſciverit rem eſſe alienam, quod quidem legatarius, petens legatum, pro-bare debet, quoniam onus probandi incumbit actori. *verſ. quod autem diximus. hic.* Hæc au-tem limitatio tum demum obtinet, cum extra-neæ perſonæ legatum fuit, nam ſi teſtator con-junctæ perſonæ legavit, indiſtincte legatum va-let, ſive teſtator ſciebat ſive ignorabat rem eſſe alienam. *l.* 10. *C. h. tit.*

Secunda quæſtio eſt; *An valeat rei pigno-ratæ legatum, & ſi valeat, quis ſit ejus ef-fectus ?*

Reſp. Valere, & heredem cogi rem luere ac liberam legatario præſtare. §. *ſed & ſi rem.* 5. *h. tit.* Addit *Imp.* duas exceptiones quibus e-

non tenetur luere, ſed talem legatario præ-e qualis eſt. *prior caſus eſt*, ſi teſtator igno-t rem eſſe pignoratam. *verſ. & in hoc. po-or caſus*, cum teſtator expreſſe juſſit, ut le-rius rem luat. *verſ. ſi tamen*: luere autem es hoc alienum ſolvere, & legatario rem li-m dare.

'ertia quæſtio eſt in ſpecie hujuſmodi; ***Ego Titio rem alienam legavi, & cum poſt te-ſtamentum factum ſupervixiſſem, Titius il-lam rem ex alia cauſa conſecutus eſt***, quæ-ritur ergo hic, ***an nihilominus legatum pe-tere poſſit***?

.eſp. *Imp.* per diſtinctionem: aut enim rem iiſivit ex cauſa oneroſa; aut ex cauſa lucra-*priori caſu* rem legatam petere poteſt; cui pretium rei abeſt, ei res ipſa abeſſe vi-r. *l.* 21. §. *& ideo. ff. de evict.* officio autem cis continebitur, ut æſtimationem ab herede piat, quia non poteſt rem ab eo accipere n jam habet: *poſteriori caſu* legatum extin-ır, quia legatum quoque eſt cauſa lucrativa; poſſunt duæ cauſæ lucrativæ in eundem inem & eandem rem concurrere, id eſt, n non poteſt eandem rem bis ex ſua perſo-ıcrari. §. *ſi res aliena. 6. h. tit.*

Iactenus diximus de re legata unius teſta-mento; *Quid ſi duorum teſtamentis eadem res mihi legata ſit*, quæritur, ***an ex utroque teſtamento legatum petere poſſim***?

eſp. Per diſtinctionem: aut enim ex primo mento rem legatam accepi; aut ejus æſtima-em. *Priori caſu* legatum ex altero teſta-to non debetur, quia jam habeo rem ex a lucrativa: *Poſteriori caſu* poſſum rem pe-ex ſecundo teſtamento, quia ex primo te-ſtamento

ſtamento non ſum rem conſecutus ſed æſtiationem ejus. Ratio eſt, quia qui rem habet, habet etiam æſtimationem, qui vero æſtimationem habet, non habet rem. *l. tantum.* 88. *ff. de verb. ſign. d.* §. 6. *verſ. hac ratione. hic.*

Quarta quæſtio eſt; *An ea legari poſſint quæ non ſunt in rerum natura?*

Reſp. Poſſe, dummodo futuræ ſint: ut, fructus ex fundo percipiendi. §. *ea quoque res. h. tit.* Porro in hoc legato ineſt tacita conditio ſi fructus naſcentur; quæ non facit legatum conditionale, ſed nihilominus legatum eſt purum, quia conditio à teſtatore non eſt adjecta, ſed extrinſecus ex rei natura aſſumitur. *l. conditiones ff. de cond. & demonſtr.*

Quinta quæſtio eſt; *Quis ſit effectus legati cum eadem res duobus legatur, vel conjunctim,* id eſt, una & eadem oratione, veluti *Titio & Sejo fundum Tuſculanum do lego;* vel *disjunctim,* id eſt, diverſis orationibus, uti *Titio fundum Tuſculanum do lego, Sejo eundem fundum Tuſculanum do lego?*

Reſp. Per diſtinctionem: Si ambo legatarii petant, ſcinditur inter eos legatum; Si vero alteruter deficiat, quia aut ſpreverit legatum, aut vivo teſtatore deceſſerit, vel alio quoquo modo defecerit, portio ejus non manet penes heredem, ſed accreſcit collegatario. §. *ſi eadem. h. tit.*

Quotuplex eſt conjunctio?

Reſp. Triplex; *realis* tantum, vel *verbalis* tantum, vel *mixta*, hoc eſt, partim realis, partim verbalis. *Realis* tantum conjunctio eſt, cum eadem res duobus aut pluribus legatur, ſed diverſa oratione; ut *Titio Stichum do lego, Sejo i-*

cum

n do lego, Mævio Stichum do lego. Verbalis um fit eadem oratione, ſed diviſim; hoc lo, *Titio, Sejo, Mævio Stichum do lego ex æ- partibus. Mixta* hoc modo, *Titio, Mævio, Sejo, Stichum do lego.*

exta quæſtio eſt; *quid conſequatur is cui fundus alienus legatus eſt, ſi proprietatem emerit, & fructuario mortuo uſusfructus ad eum pervenerit?*

eſp. Eum nihilominus fundum actione ex mento petere poſſe; quia etſi habet uſum- tum titulo lucrativo, tamen proprietatem et titulo oneroſo, emptionis ſcil. ſed officio cis continetur, ut deducto uſufructu jubeat mationem præſtari, nudæ ſcil. proprietatis. *cui. 9. h. tit.*

eptima quæſtio eſt; *An valeat legatum ſi res legatarii ei legetur?*

eſp. Non; quia quod noſtrum eſt, am- s noſtrum fieri non poteſt. §. *ſed ſi rem.* 10. *t.* nec legatum convaleſcit, quamvis vivo tore legatarius rem alienaverit, propter re- m Catonianam, quæ ſtatuit, *legatum, quod nitio non valet, ſeu quod non valeret, ſi te- or ſtatim moreretur, non convaleſcere eò quod tor diutius vivat.* l. 1. ff. de Reg. Cat. c regula procedit in iis quæ pure ſunt re- , non in legatis conditionalibus.

)ctava quæſtio eſt; *An error teſtatoris vitiet legatum, ſi rem ſuam legavit quam falſo putabat eſſe alienam, ſive legatarii?*

eſp. Legatum valere; favore enim ultimæ untatis receptum eſt, ut opinio veritati non eat, §. *ſi quis.* 11. *h. tit.* ſecus in contracti- , & delictis, *ubi plus valet quod eſt in opinione, quam*

quam quod eſt in veritate. §. 7. infr. de obl. q
ex del. naſc.

Nona quæſtio eſt; *An debeatur legatum ſi teſtator, qui rem ſuam legavit, eam alienaverit?*

Reſp. *Imp.* hic diſtinguit tres caſus; *Primus caſus* eſt cum vendidit, hoc caſu videndum qua mente rem vendiderit, ſi enim alienavit voluntario, evaneſcit legatum; ſi vero de neceſſitate alienatio facta, aliud dicendum eſt. *ſ rem.* 12. *h. tit.*

Secundus caſus eſt, cum oppignoravit, hoc caſu non videtur ademiſſe legatum. *d.* §. *verſ. Iu*

Tertius caſus eſt, cum teſtator partem rei legatæ alienavit, hoc caſu pars non alienata omnino debetur legatario: in parte autem alienata eodem modo diſtinguimus quo diſtinguebamus in tota re alienata, id eſt, quærimus quo animo teſtator hanc partem alienaverit. *d.* §. 12. *verſ. ſi vero.*

Decima quæſtio eſt; *An valeat legatum liberationis, quam creditor debitori ſuo vel ad tempus, vel in perpetuum reliquit?*

Reſp. Hoc legatum valere. §. *ſi quis.* *h. tit.*

Quis eſt effectus hujus legati?

Reſp. Quod legatarius ſe poſſit defendere per exceptionem, ſi conveniatur; vel agere ad liberationem contra heredem, ſi non conveniatur. *d.* §. 13. *h. t.*

Undecima quæſtio eſt; *cum debitor creditori ſuo legat quod ei debet, an legatum valeat?*

Reſp. Non valere; quia nullam continet utilitatem, ſi vero in legato quid amplius eſt quam in debito, omnimodo valebit, veluti ſi id quod
di

n vel ſub conditione debet, pure legave- tunc enim valebit legatum propter repræ- ationem. §. *ex contrario*. 14. *h. tit.*

Quid ſi maritus, qui poſt mortem ſuam debebat uxori dotem reddere, uxori dotem legaverit, quæritur *an hoc legatum valeat ?*

Reſp. Hoc legatum valere; quia plus eſt in to, quam in actione de dote, propter repræ- ationem. §. *ſed ſi.* 15. *h. tit.*

Quid ſi maritus legaverit dotem quam non accepit ?

eſp. Si ſimpliciter legaverit, inutile eſt le- m; ſi vero certa pecunia vel certum cor- nominatum ſit, valet legatum: veluti, *cen- quæ dotis nomine accepi, uxori meæ do lego; fundum Tuſculanum, quem in dotem accepi, i meæ do lego. d.* §. 15. *verſ. ſed ſi.* quia fal- la demonſtratio adjecta non nocet legato. . *infr. h. tit.*

uodecima quæſtio eſt; *An legatum extinguatur ſi res legata pareat, vel deſinat eſſe in commercio ?*

ſp. Per diſtinctionem: aut ſine facto here- l accidit, veluti ſi ſervus legatus moriatur, t domino extraneo mánumittatur, hoc caſu um extinguitur; ſi autem facto heredis id at, veluti ſi ſervum legatum occidat, vel mittat, legatum nihilominus debetur, id ei legatæ æſtimatio præſtabitur. §. *ſi res.* . *tit.*

cima tertia quæſtio eſt; *cum plures res legatæ ſunt, ſi quædam pereant, vel deſinant eſſe in commercio, num reliquæ legatario debeantur ?*

ſp. Per diſtinctionem; nam ſi omnes res

æque ſint principales, quibuſdam peremptis liquæ nihilominus legatario debentur : ſi vo quædam earum aliis accedant, extinctis reb principalibus acceſſoriæ non debentur ; *exemplum* rerum æque principalium in contextu ubi teſtator legavit *ancillas cum ſuis natis*, mortuis ancillis nihilominus nati debentur le- tario, quia nati non accedunt ancillis, ſed ſ res æque principales. §. *ſi quis*. 17. *in pr. h ti*

Secundum exemplum eſt, ubi teſtator legat *ſervos ordinarios cum vicariis*, & mortuis o nariis vicarii quoque legato cedunt ; co quoque mortuis vicariis, ordinarii cederent gato. vicarius eſt quaſi ſervus ordinarii. *Ho lib*. 2. *Sat*. 7. vicarius eſt qui ſervo paret.

Primum exemplum legati, in quo altera re principalis, altera acceſſoria, eſt *in verſ. ſe ſervus*. *ſi ſervus cum peculio legatus fuerit*, t enim mortuo ſervo, vel munumiſſo, vel nato peculii legatum extinguitur.

Secundum exemplum eſt in verſ. *idem eſ fundo inſtructo vel cum inſtrumento legato*, fundo alienato & inſtrumenti legatum ex guitur.

Decima quarta quæſtio eſt ; *ſi quid rei le accedat vel decedat, utrum id ad legat an ad heredis lucrum vel damnum ſpectet*.

Reſp. Tam augmentum, quam decreme rei legatæ ad legatarium pertinere ; de g eſt *primum exemplum in* §. *ſi grex*. 18. qui et ſi ad unam ovem pervenerit, tamen lega debetur : idem etiam de incremento dicen *eod*. §. *verſ. grege*.

Secundum exemplum eſt de *ædibus legatis columnæ & marmora*, quæ poſt teſtame factum adjecta ſunt, legato cedunt. §. *æ* 19. *h. tit*. *Te*

Tertium exemplum eſt in *peculio legato*, ubi icquid peculio accedit vel decedit, vivo te-:ore, legatarii lucro vel damno eſt. excipi- niſi poſt mortem teſtatoris ante aditam he-itatem peculium auctum fuerit: tunc enim ſi ſervo manumiſſo peculium legatum fuerit, atario acquiritur; ſi vero extraneo lagatum rit, non acquiritur. §. *ſi pecuilum*. 20. *h.tit.*

)ocima quinta quæſtio eſt; *An peculium ſervo manumiſſo debeatur, ſi ei expreſſe non ſit relictum?*

Reſp. Peculium niſi legatum fuerit manu-ſo non deberi; quia tacite legatum non in-gitur: quamvis ſi ſervus inter vivos manu-:atur, dominus eo ipſo, quod peculium ſer- non adimit, illud ei concedere videtur. *d.*). *verſ. peculium autem.*

)ecima ſexta quæſtio eſt; *an is qui peculium ſervo ſuo legavit* (ſubaudi cum libertate; quia non poſſet accipere legatum, niſi liber fieret) *cenſeatur ei legaſſe, quod naturaliter ei debebat, quia ſervus in dominicas rationes aliquid impenderat?*

ſp. Hoc legatum non videri. *d.* §.20. *verſ. reſcripſerunt.*

ecima ſeptima quæſtio eſt; *ſi dominus ſervo ſuo libertatem leget, ita ut jubeat eum rationes eorum quæ geſſit reddere, & ex peculio reliqua ſolvere, an cenſeatur ei peculium legare?*

ſp. Peculium legatum videri; quia ſervus ımiſſus non poteſt ex peculio reliqua ſol- niſi peculium habeat. *d.* §. 20. *verſ. iidem pſerunt, peculium.*

:cima octava quæſtio eſt; *utrum res corpo-*

rales tantum legari poſſint, an etiam res corporales & facta?

Reſp. Tam res corporales, quam incorpo-les & facta legari poſſe. Corporalium rerum exempla ſupra habuimus, ut *ancillarum, gre, ædium, &c.* incorporalium exemplum eſt ſi *quis Titio legaverit quod ſibi à Mævio debet:* facti exemplum eſt, cum *heres jubetur refi-ædes legatarii,* cum *jubetur ſolvere quod lega-rius aliis debet.* §. *tam autem.* 21. *h. tit.*

Decima nona quæſtio eſt; *cum teſtator ge-legavit, conſtat aliquam ſpeciem ſub eo gen-contentam ſolvi debere,* quæritur ergo *ut ſpeciei ſolvendæ electio ſit legatarii, an he-dis?*

Reſp. Electionem eſſe legatarii, id eſt, le-tarium poſſe petere quam ſpeciem velit. *generaliter.* 22. *h. tit.* veluti ſi teſtator qui ſervos, *Stichum, Pamphilum, Erotem hab-ſervum legavit,* iſte ſervus legatario ſolve-erit, quem ipſe eliget. Hæc deciſio habe-cum in corporibus legatis, non in quantitat-gata; veluti ſi teſtator habens varia tritici ge-*modium tritici legaverit,* electio eſt heredis legatarii. *l.* 4. *ff. de trit. vin. leg.* *Electio* legatarii eſt limitata, ita ut non cogatur el-deterrimum ſervum, ſic etiam non poſſit el-optimum.

Vigeſima quæſtio eſt; *cum teſtator ex-electionem legatario conceſſit, ſi lega-priuſquam eligat moriatur, an heres eju-gere poſſit, & ſi vel plures legatarii ve-res heredes unius legatarii in electione a-tiant, ut quia alius alium ſervum elige-lit, utrum alicujus optio prævaleat, gatum reddatur inutile?*

Reſp. Facultatem eligendi quæ legatario com-
it ad heredem ejus tranſire: & ſi plures in
ctione facienda diſſentiant, tum ſorti com-
ti; adeo ut ille eligat in quem ſors cadet, ac
 totam ſibi retineat, collegatariis autem vel
um heredibus æſtimationem partium ad eos
tinentium perſolvat. *l. ult. in pr. C. comm. de*
§. *optionis*. 23. *h. tit.*

Diximus de rebus quæ legari poſſunt; videa-
s nunc de perſonis, quibus legari poteſt.

Quibus igitur legari poteſt?

Reſp. *Imp.* primo generaliter; quod illis ſo-
egari poſſit cum quibus eſt teſtamenti factio.
gari. 24. *h. tit.* Intellige teſtamenti factio-
 paſſivam, quam habent hi qui ex teſtamento
ere poſſunt; hi autem ſoli legare poſſunt,
 habent teſtamenti factionem *activam*.

An perſonæ incertæ legari poteſt?

eſp. Incertæ perſonæ & poſthumo alieno,
ata antiqui juris prohibitione, hodie legari
eſt, ſi modo ex poſtfacto poſſit fieri certa; ve-
 incertæ perſonæ, quæ omnino incerta eſt,
erta fieri non poteſt, legatum non recte re-
litur. §. 25. 26. 27. 28. *h. tit.*

An error teſtatoris in nomine, vel cognomine, vel prænomine, vel agnomine legatarii non vitiat legatum?

eſp. Quod non, dummodo conſtet de per-
, cui teſtator legare vult; veluti ſi teſtator
 ſe legare *Publio fratri ſuo*, cum frater ejus
 appellatur *Publius*, ſed *Gajus*. §. *ſi quidem*.
. tit. major enim habetur ratio voluntatis,
 verborum. §. 34. *inf. h. tit.*

An falſa demonſtratio non vitiat legatum?

eſp. Quod non: idque obtinet tam in per-

 ſona

ſona legatarii, quam in re legata, id eſt, ſive t ſtator falſo aliquo argumento demonſtret leg tarium, veluti ſi dicat, *Titio Medicinæ doct centum do lego*, cum *Titius* non ſit *Medicin doctor* ſed *juris*; ſive falſo demonſtret rem leg tam, veluti *Titio fundum, quem à Sejo emi, lego*, cum non emerit à *Sejo* ſed à *Sempron* utroque caſu legatum valet, quia magis habet ratio voluntatis teſtatoris,quam verborum. §.*hu* 30. *h. tit.*

An falſa cauſa legato adjecta non vitiat legatum?

Reſp. Quod non; quia legato non cohær hoc eſt, non eſt pars legati, ſed perinde habet ac ſi ſcripta non eſſet. exempla ſunt in context §. *longe.* 31. *h. tit.*

An ſervo heredis legari poteſt?

Reſp. Legatum ſervo heredis pure relict non valet; ſub conditione autem relictum val ſi heres ſcriptus ante diem legati cedentem, eſt, ante conditionem legati exiſtentem, eu ſervum alienet, vel manumittat. Ratio qua ſervo heredis pure legari non poſſit hæc eſt, q ipſi heredi ex ſua perſona debetur hereditas, ex perſona ſervi debetur legatum, ergo in ea dem perſonam concurrent hereditas & leg tum, quod fieri non poteſt, quoniam *idem n poteſt eſſe heres & legatarius*, quia heres leg tum debet legatario, idem autem non poteſt ſ ipſi debere. *l.* 18. *ff. de leg.* 1. Si vero illum ſ vum ante conditionem legati exiſtentem mar mittat, aut alienet, valebit legatum; quia tu non ipſi heredi, ſed aut ſibi aut novo domi acquiret. §. *an ſervo.* 32. *h. tit.*

An per contrarium domino ſervi heredis inſtituti recte legatur?

Re

Reſp. Quod ſic; nam domino ſervi heredis ſtituti recte legatur tam pure quam ſub condi-ne. §. *ex diverſo.* 33. *h. tit.* quia hereditas legatum nunquam in eandem perſonam con-runt; niſi ſervus in eadem cauſa manſerit, juſſu domini legatarii hereditatem adierit, c enim evaneſcit legatum. *verſ. quod ſi. eod.* §.

Ultimo dicendum de modo & ratione legandi; Ubi primo quæritur, *in qua parte teſtamenti legari poſſit?*

Reſp. Legari poſſe in quacunque parte teſta-nti, id eſt, vel ante vel poſt heredis inſtitu-nem; quia non habetur ratio ordinis ſcriptu-ſed voluntatis. §. *ante.* 34. *h.tit.*

Secundo, *An poſt mortem heredis utiliter legetur?*

Reſp. Quod legatum poſſit conferri in tem-quo heres vel legatarius mortuus erit, vel lie quam heres vel legatarius morietur: ut in exemplis, *Titius heres meus poſt mortem ſuam um Sejo dato; Titius heres meus Sejo poſt mor-ejus centum dato; heres meus pridie quam mo-ur, centum Sejo dato; heres meus pridie quam s morietur, centum ei dato:* hæc legata olim valebant propter antiquam juris regulam, d *Actio non poteſt incipere ab herede, neque ra heredem;* quandoquidem heres ſuccedit us defuncti, & omnino uti debet eodem jure. ea regula ex bono & æquo ſublata eſt. §. *poſt tem.* 35.

Tertio, *An legatum pœnæ nomine relictum valeat?*

Reſp. Valere; niſi relictum ſit quo magis ali-d impoſſibile vel contra leges, vel bonos mo-fiat: ex gr. hoc legatum valet, *heres meus niſi*

juri operam dederit Titio centum dato; hæc ... tem legata non valent, *heres meus niſi cœlum* ... *gito tetigerit, vel niſi Sempronium occiderit,* ... *niſi nudus in foro ambulaverit, Sejo centum da*... *Quæ enim facta lædunt pietatem, exiſtimation*... *verecundiam noſtram, & ut verbo dicam, con*... *bonos mores ſunt, ea nec facere nos poſſe cred*... *dum eſt*. l. 15. ff. de cond. inſt. §. ult. h. tit.

AD TIT. XXI.

De ademptione Legatorum.

SUperiore tit. dictum fuit de legatis re... quendis: nunc agitur de iiſdem adimen... & ſimul transferendis; quia tranſlatio ſimul ... adimit, & alii tribuit.

Quid eſt ademptio?

Reſp. Ademptio eſt *revocatio legatorum* ... *ctorum per contrariam voluntatem aut pœni*... *tiam teſtatoris.*

Hæc revocatio quot modis fit?

Reſp. Duobus modis, *aut expreſſe, aut tac*... *Expreſſe*, cum expreſſis verbis ea facta ſit; ... *cite*, cum præſumitur quod voluntas ſit mut... ut ſi inimicitiæ capitales ſint ortæ inter teſt... rem & legatarium. *l.* 3. *ff.* §. 11. *h.tit.* Item ſi ... legatam ſine neceſſitate alienaverit, per do... tionem, & venditionem dum vivit.

Quomodo fit ademptio?

Ademptio legatorum poteſt fieri, aut *in*... *dem teſtamento* in quo relictum fuit, aut *in*... *dicillis* poſt teſtamentum factis; poteſtque ac... quibuſcunque verbis, dummodo teſtatoris ... luntas appareat. *pr. h. tit.*

Quid

Quid eſt tranſlatio?

Reſp. Tranſlatio eſt *quoties legatum alicui re-um in alterum transfertur*; ita in omni trans-one ineſt ademptio, non vero in omni ad-ptione tranſlatio. Legatum tam in eodem amento, quam in codicillis poſtea factis, ısferri ad alium poteſt. §. 1. *& ult. h. tit.*

AD TIT. XXII.

De Lege Falcidia.

Egata adimi, transferri, minui dicuntur. De legatis relinquendis diximus *tit.* 20. de adi-ndis & transferendis actum eſt *tit. proximo.* legatis minuendis hoc loco agitur: & quo-m hac de re *lex Falcidia* obſervatur, idcirco *tit. de lege Falcidia* inſcribitur; explicet au-n *Imp. in pr. hujus tit.* originem hujus legis cidiæ, declarans diverſa jura, ſeu diverſas es, quæ cum non ſatisfacerent, neceſſaria ı fuit *lex Falcidia.*

Quod eſt primum jus?

Primum jus eſt *lex* 12. *Tabb.* quæ ampliſſi-m poteſtatem dedit teſtatori his verbis: *uti ſque legaſſit, ita jus eſto. l.* 120. *ff. de V. S.* c lex diſplicuit; quia cum hereditas legatis be oneraretur, vel exhauriretur, heredes ſcri-propter nullum aut minimum lucrum nole-nt adire hereditatem, atque ita teſtamenta tituebantur, ac conſequenter legata non va-bant.

Quod fuit ſecundum jus?

Reſp. Secundum jus fuit *lex Furia*, lata à *Fu-*, *Tribuno plebis*; qua fuit cautum, *ne cui ul-ı mille aſſes legare, vel mortis cauſa donare lice-*

ret: hæc lex etiam non ſatisfecit, quia ſi teſta-tor mille aſſes vel paulo amplius habens in bo-nis, mille aſſes leget, contra legem non facit: heredi tamen nullum, aut minimum lucrum re-liquit; quare ſucceſſit *tertium jus*.

Quod eſt tertium jus?

Reſp. Tertium jus eſt *lex Voconia*, lata à *Vo-conio, Tribuno plebis*; qua cautum fuit, *ne legata-rius plus accipere ex teſtamento poſſit quam he-res*: Sed neque hæc lex ſatisfecit; quia ſi qu multis perſonis in teſtamento leget, fieri pote ut tam ſinguli heredes quam ſinguli legatarii m nimum quid accipiant; proinde heredes, qu bus ſolis incumbunt onera hereditaria, nolueru adire hereditatem, itaque ſucceſſit *quartum jus*.

Quod-nam igitur eſt quartum jus?

Reſp. Quartum jus eſt *lex Falcidia* lata à *Falcidio, Tribuno plebis*, qua nunc utimur; q cavetur, *ne teſtator legare poſſit, ultra dodra tem totorum bonorum*, id eſt, novem unci adeo ut quarta pars hereditatis penes herede vel heredes maneat. *pr. h. t verſ. noviſſim* hæc igitur lex prohibet ne teſtator hereditate legatis oneret vel exhauriat. dicitur autem te ſtator hereditatem legatis *onerare* quando leg ultra dodrantem, ſic tamen ut aliquid mane penes heredem; dicitur hereditatem *exhauri* quando omnia ſua bona legat, ita ut nihil mane penes heredem.

An in ſingulis heredibus ratio legis Falcid ſpectanda eſt, an vero ſufficit ut unus pluribus heredibus quartam ſolus habeat?

Reſp. Quod in ſingulis heredibus ratio *le Falcidiæ* ſpectanda eſt. §. *Et cum.* 1. *h. tit.* C jus ſpecies talis eſt: finge teſtatorem habente

IC

ɔ. in bonis ſcribere duos heredes ex æquis
tibus, *Titium* & *Mævium*; à *Titio* nulla le-
a relinquere, à *Mævio* legare *quadraginta*:
te *Titius* habet dimidiam partem bonorum,
nirum 50. non tamen propterea teſtator ſa-
ecit *legi Falcidiæ*; quia *Mævio* ſalvam non
quit quartam partem ſuæ portionis. cum
m *Mævius* jure hereditario *ſemiſſem* accipiat,
quo inſunt 50. ſecundum *legem Falcidiam*
et ſalvam habere *quartam partem* horum 50.
ſt, habere 12. cum ſemiſſe; atqui juſſus à
atore eſt legatariis ſolvere 40. manent igi-
apud eum tantum 10. proinde minus quar-
ergo *lex Falcidia* legatariis adimit duo & ſe-
ſem; quoniam hæc illis 10. adjuncta confici-
heredi quartam partem. Etenim in ſingu-
ıeredibus ratio *legis Falcidiæ* ponenda eſt, *ut*
ıit Imp. hoc §. *verſ. etenim.* nam heredum
ia hæc lex lata eſt.

uo tempore quantitas patrimonii ſpectanda eſt, ad ineundam rationem legis Falcidiæ?

eſp. Quantitas patrimonii, cujus diximus
rtam partem debere penes heredem rema-
, tempore *mortis teſtatoris* ſpectatur, id eſt,
s debet habere *quartam partem* eorum bo-
um, quæ teſtator habebat mortis tempore.
d ſi poſtea hæc bona diminuantur, puta ſer-
ım aut pecorum hereditariorum morte, vel
cunque ratione augeantur, lucrum vel dam-
ı ad heredem pertinet: quia nec bonorum
nentum legata auget, nec decrementum le-
minuit. §. *quantitas.* 2. *h. tit.*

untne aliqua de bonis hereditariis deducenda, antequam ratio legis Falcidiæ ineatur?

eſp. Sunt; *primo æs alienum*, quia bona,
intelliguntur niſi deducto ære alieno. l. 39.
ına. ff. de V. S. *Se-*

Secundo funeris impenſa, idque favore re-
gionis.

Tertio pretia ſervorum in teſtamento manumiſſorum, favore libertatis; id eſt, cum ſpectans patrimonium, quod teſtator tempore mortis reliquit, *primum* ex eo patrimonio ſolvimus impenſam factam in funus teſtatoris, (nam qui in funus impendit, omnibus creditoribus hereditariis præfertur. *l. pen. ff. de rel.*) *deinde* ſatisfacimus creditoribus hereditariis; item detrahimus ſervos, quibus teſtator libertatem legavit: atque his omnibus de hereditate deductis, in eo quod reliquum eſt, tribuimus heredi quartam ex lege *Falcidia*, & dicimus ſalva hac quarta, & quatenus hæc quarta ferre poteſt, ſolvenda eſſe legata. §. *cum autem* 3. & *ult. h. tit.*

AD TIT. XXIII.

De fideicommiſſariis hereditatibus, & ad SCtum Trebellianum.

Diximus de legatis; videamus aliquid de fideicommiſſis.

Quid eſt fideicommiſſum?

Reſp. Fideicommiſſum eſt quod precativo modo relinquitur.

Quomodo confertur?

Reſp. Sic; heres quiſpiam directo inſtituitur, qui verbis precariis rogatur à teſtatore, ut hereditatem vel ejus partem transferat in tertium, hoc eſt, in *fideicommiſſarium*.

Quot modis fideicommiſſum differt à legatis?

Reſp. Quatuor modis potiſſimùm; *Primo*, fideicommiſſum fit verbis precariis, legatum verbis imperativis.

Secundo,

Secundo, omne legatum eſt particulare, fidei-
mmiſſum vero dividitur in univerſale, de quo
c tit. & particulare, de quo *tit. ſeq.*

Tertio, legata non valent niſi ex teſtamento,
eicommiſſa relinqui poſſunt etiam ab inte-
to. §. 10. *h. tit.*

Quarto, legatarius poteſt onerari fideicom-
ſſo, & non legato. *pr. Inſt. tit. ſeq.*

Hujus tit. tres ſunt partes:

Prima pars declarat *originem* & *etymologiam* fi-
icommiſſorum.

In *ſecunda* parte agitur de *fideicommiſſis* relin-
endis, ac de eorum *effectu*.

In *tertia* parte *novum jus* conſtituitur. Vi-
amus *primo* de *prima* parte, in qua declaratur
go & *etymologia* fideicommiſſorum.

Quibus relinquebantur talia fideicommiſſa olim?

Reſp. Solis iis, quibus alias non licebat vel
reditatem vel legata relinquere, hoc eſt, iis
i ex teſtamento capere non poterant; quales
it *deportati, proſcripti, filii ſpurii, &c.*

Cur appellata ſunt fideicommiſſa?

Reſp. Quia ſaltem fidei heredis committe-
ntur, nec cogebatur heres ullo juris vincu-
ſed tantum pudore conſcientiæ reſtitutio-
m facere. §. 1. *hic. verſ. & ideo.* Nam quod
erius arbitrio imponitur, hoc non inducit ob-
ationem.

Manſitne in uſu illa obſervatio?

Reſp. Non: ſed heredes cœperunt cogi per
etorem fideicommiſſarium, ut accepta fidei-
mmiſſa reſtituerent fideicommiſſariis; quia
c populare erat, hoc eſt, populo gratum, vel uti-
Hæc de *prima parte*: ſequitur *ſecunda* pars,
qua agitur de *fideicommiſſis relinquendis*, & de
rum *effectu*. In

In hac parte declarantur tres caſus.

Quis eſt primus?

Reſp. *Primus* caſus eſt, cum heres inſtitu[tus] oneratur fideicommiſſo.

Ut autem hoc recte fiat, quid inprimis requiritur?

Reſp. Neceſſarium eſt hoc caſu, ut in teſ[ta]mento recte facto heres inſtituatur, qui fid[ei]commiſſo gravetur.

Ut hoc recte intelligatur quænam conſideranda ſunt?

Reſp. Cenſiderandæ hic ſunt variæ fideico[m]miſſorum ſpecies & diviſiones, quæ hic adju[n]guntur §. 2. *Primo* enim, aut heres rogatur [to]tam hereditatem reſtituere, aut ejus parte[m]. *Secundo*, aut fideicommiſſum relinquitur pu[re], veluti *Titius heres eſto, rogo te Titi ut heredi[ta]tem meam Sejo reſtituas*; vel ſub conditione, v[el]uti *Titius heres eſto, rogo te Titi ut hereditat[em] Sejo reſtituas, ſi navis ex Aſia venerit*; vel [ex] die, veluti *Titius heres eſto, rogo te Titi ut he[re]ditatem Sejo reſtituas poſt biennium quam [de]ceſſero*.

Quis ergo eſt effectus reſtitutæ hereditatis, deſinitne prior heres eſſe heres?

Reſp. Non, verum heres manet: is vero [qu]i recipit hereditatem, aliquando heredis loco [ha]betur, puta ſi tota hereditas ei reſtituatur; [ali]quando legatarii partiarii, puta ſi pars bonoru[m] ei ſit relicta. §. 3. *h. tit.* Ut autem hoc m[e]lius intelligatur varia jura hic declarat Imp. qu[o]rum

Primum jus eſt *SCtum Trebellianum.*

Quid hoc SCto erat cautum?

Re[ſp.]

Reſp. Hoc SCto cautum erat, ut, ſi heredi- ex fideicommiſſi cauſa reſtituta ſit, omnes ones hereditariæ tam activæ, quam paſſivæ ulla ſtipulatione transferantur ad fideicom- ſarium, adeo ut fideicommiſſarius pro he- e habeatur. §. 4. *h. tit.*

ecundum jus eſt *SCtum Pegaſianum.*

Quid hoc SCto continetur?

Reſp. Hujus SCti præcipua capita hæc ſunt: *mo,* permittitur heredi reſtituturo fideicom- ſam hereditatem quartæ detractio: *Deinde,* s pro illa quarta ſuſtinet onera heredita- fideicommiſſarius vero habetur loco legata- & comparatur ei cui pars bonorum legaba- *unde,* inquit *Imp. eas ſtipulationes, quæ in- heredem & legatarium partiarium interpone- ur, etiam inter heredem & fideicommiſſarium poni ſolitas eſſe*; hoc eſt, promittebat he- fideicommiſſario ſe ei reſtituturum dodran- eorum, quæ à debitoribus hereditariis exe- r; item promittebat fideicommiſſarius he- ſe ei reſtituturum dodrantem eorum, quæ heres creditoribus hereditariis ſolverit. §. 5. *. verſ. unde.* Cum igitur duo eſſent SCta, *ellianum* & *Pegaſianum,* modo ex hoc, mo- x illo reſtituebantur hereditates. §. 6. *h. tit.*

Quando ex SCto Trebelliano reſtituebatur hereditas?

Reſp. Ex *SCto Trebelliano* reſtituebatur here- , ſi fideicommiſſum non excedebat dodran- bonorum.

Quando ex SCto Pegaſiano reſtitutio fiebat?

Reſp. Ex *SCto Pegaſiano reſtitutio* fiebat, ſi dcommiſſum dodrantem hereditatis excede- bat,

bat, quo caſu ſi heres ſponte ſua hereditatem adibat, reſtitutio fiebat ex *SCto Pegaſiano*; & tunc ſolebant inter heredem & fideicommiſſarium interponi ſtipulationes *emptæ & venditæ hereditatis*, ſi heres totam hereditatem ſine detractione *quartæ* reſtituebat. id eſt, heres quemadmodum promittebat emptori hereditatis, ſe ei reſtituturum quicquid à debitoribus hereditariis exegerit, ita etiam idem promittebat fideicommiſſario. Rurſus, quemadmodum emptor hereditatis, ita etiam fideicommiſſarius heredi ſe ei reſtituturum quicquid creditoribus hereditariis ſolverit. *verſ. at ſi plus.* §. 6. Denique, cum heres ſcriptus nolebat adire hereditatem, locus erat *utrique SCto*; quia ex *Pegaſiano* heres cogebatur adire & reſtituere hereditatem, ex *Trebelliano* autem transferebantur actiones in fideicommiſſarium tam activæ quam paſſivæ. *verſ. ſed ſi recuſabat. eod.* §. 6.

Tertium jus eſt *jus Juſtinianeum*; qui ſuſtulit SCtum *Pegaſianum*, & quod in eo utile erat tranſtulit ad *Trebellianum*.

Quot ſunt propria hujus juris?

Reſp. Hæc quatuor. *Primo*, fideicommiſſariæ hereditates reſtituuntur indiſtincte ex *Trebelliano*; nam *Juſtinianus Pegaſianum* ſuſtulit, quoniam ex eo SCto interponebantur ſtipulationes, quibus heres à fideicommiſſario ſtipulabatur ſibi reſtitui quod ſolviſſet, & invicem promittebat ſe ei reſtituturum quod exegiſſet. Commodius eſt autem vitare hunc circuitum, & actiones recta via tranſire ad fideicommiſſarium, quod fit ex *SCto Trebelliano*.

Secundo, *quarta* pars hereditatis debet manere penes heredem, niſi heres ſponte ſua malit totam hereditatem reſtituere.

Tertio,

[T]ertio, ſi heres *quartam* retineat, actiones he[re]ditariæ inter eum & fideicommiſſarium divi[du]ntur; ita ut pro *quarta* parte manerent penes [h]edem, & pro *dodrante* tranſeant ad fidei[co]mmiſſarium: ſi vero totam hereditatem reſti[tu]it, omnes actiones tam activæ quam paſſivæ [in] ſolidum tranſeunt ad fideicommiſſarium.

Quarto, ſi heres nolit adire, cogitur ex *Tre[bell]iano* hereditatem adire & reſtituere, ita ut [ni]hil commodi vel incommodi ſentiat, ſed [om]nia emolumenta & onera tranſeant ad fidei[co]mmiſſarium. §. *ſed quia*. 7. *h. tit.*

An tantum hæc obſervanda in herede ex aſſe, an etiam ex parte inſtituto?

[R]eſp. Fideicommiſſo oneratur aut heres in[ſti]tutus ex aſſe, aut inſtitutus ex parte; & uter[que] vel rogatur reſtituere totum quod accepit, [vel] ejus partem: *nam & hoc caſu*, inquit *Imp.* *[ead]em obſervari præcipimus tam* quoad quartæ [ded]uctionem, quam onerum ſuſceptionem, & [her]editatis aditionem, *quæ in totius hereditatis [inſt]itutione diximus.* §. *nihil.* 8. *h. tit. Quia quod [juri]s eſt in toto quoad totum, idem juris eſt in [par]te quoad partem.* §. 9. *ver. quæ autem. h. tit.*

An hoc verum eſt quod heres, qui quartam habet, ſemper pro ea quarta cogatur onera hereditaria ſuſtinere?

[R]eſp. *Imp.* hic diſtinguit §. 9. Cum teſtator [roga]t heredem ut hereditatem reſtituat: vel ei [per]mittit ut retineat certam rem, puta *fundum*; [vel] certas res, puta *fundum & ædes*; vel certam [ſum]mam, puta *centum*; hoc caſu *rem*, vel *res*, [vel] *ſummam* habet, quaſi legatarius, id eſt, non [ſuſti]net onera hereditaria, ſed omnia transfe[run]tur in fideicommiſſarium; vel permittit ut [reti]neat hereditatis *quadrantem*; hoc caſu pro

ea

ea parte quam retinet actiones hereditariæ n
activæ quam paſſivæ ad eum pertinent: *Exem-
pli gratia*, ſi detrahit quartam partem, credit-i-
bus hereditariis pro hac parte tenetur, & et n
debitores hereditarios pro hac parte conve-re
poteſt. Ratio differentiæ deciſionis inter hanc
& præcedentem caſum eſt; quia actiones &
onera hereditaria non ſequuntur res heredita-
rias, quæ non ſunt partes hereditatis, ſed ipſam
hereditatem. *l.* 1. §. *ſi heres. ff. ad SCtum Tre-
bell.*

Expoſitus eſt *primus caſus* principalis; id eſt,
cum heres inſtitutus oneratur fideicommiſſo;
Secundus caſus eſt, cum heres ab inteſtato one-
ratur fideicommiſſo.

*An igitur fideicommiſſa ab inteſtato relin-
qui poſſunt?*

Reſp. Poſſunt; cum ſcil. ab inteſtato mori-
turus ſuum legitimum heredem rogat, ut here-
ditatem reſtituat alteri aut totam, aut partem,
aut rem aliquam: cum legata non valeant niſi
ex teſtamento. §. 10. *h. tit.*

*Atqui cui nihil dedit teſtator, ab eo nihil po-
teſt relinquere.* l. 9. C. de fideicommiſ. *Te-
ſtator autem heredi ab inteſtato nihil dat,
cum is non capiat hereditatem ex judicio de-
functi, ſed ex lege.* l. 130. ff. de V. S.

Reſp. Quamvis defunctus heredi ab inteſtato
nihil dederit expreſſe, dedit tamen tacite: non
enim ſola lege, ſed etiam tacita voluntate de-
functi heres ab inteſtato ad hereditatem voca-
tur. *l.* 8. §. 1. *ff. de jur. cod.* Eo enim ipſo quod
defunctus ipſi hereditatem non adimit, tacite
relinquere videtur. *l.* 1. §. 6. *ff. de leg.* 3.

Tertius caſus eſt, cum fideicommiſſarius fidei-
commiſſo oneratur.

Quær

Quæritur ergo, *an non ſolum heres inſtitutus, verum etiam fideicommiſſarius fideicommiſſo gravari poſſit?*

Reſp. *Imp.* Quod ſic; cum ſcil. ille, qui ex ſa fideicommiſſi hereditatem accepit, ean hereditatem, vel partem ejus, vel rem ſinrem, puta fundum, jubetur alteri reſtituere. *um quoque.* 11. *h. tit.* Quo tamen caſu non locus *Trebellianicæ* : id eſt, fideicommiſſa qui fideicommiſſo oneratus eſt, non poteſt ahere quartam partem.

Quid continetur in tertia parte hujus tit.?

eſp. In tertia parte *hujus tit. novum jus* conitur favore ultimæ voluntatis, ut fideicoma valeant, etiamſi per nullos teſtes probari int, ſi modo teſtator heredem præſentem & entem rogavit hereditatem reſtituere, & fiommiſſarius de calumnia jurans, eidem hejusjurandum deferat. §. *ult. h. tit.*

AD TIT. XXIV.

De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis.

deicommiſſa aut ſunt *univerſalia*, quibus relinquitur *univerſitas*, id eſt, hereditas; *articularia*, quibus relinquuntur *res ſingulæ*: e ejuſmodi fideicommiſſa particularia ſunt à *niano* legatis exæquata. poſtquam igitur de *erſalibus fideicommiſſis* ſatis diximus, nunc de *icularibus* dicendum eſt.

Poſſuntne ergo etiam ſingulæ res per fideicommiſſum relinqui?

eſp. Poſſunt; veluti *fundus, argentum, ho- veſtis, & pecunia numerata.*

Quem

Quem defunctus rogat ut talem rem reſtituat

Reſp. Non ſolum ipſum heredem, ſed & gatarium; poteſt enim à legatario fideicomm quamvis ab eo non poſſit legari. *pr. h. tit.*

Quæ res poſſunt per fideicommiſſum relinqui

Reſp. Non ſolum res teſtatoris propriæ, & heredis, aut legatarii, aut fideicommiſſ aut alicujus alterius extranei, cui nihil eſt in ſtamento relictum. §. *poteſt.* 1. *h. tit.*

Quod dictum eſt de fideicommiſſario, in ligi debet de eo qui fideicommiſſum præſt non de eo qui accipit, quia ſicuti res legat fruſtra ei legatur. §. 10. *ſupr. de leg.* ita eti res fideicommiſſarii fruſtra ei relinquitur. Qu diximus in §. 4. *ſupr. de leg.* idem hic repet dum.

Quales res poſſunt per fideicommiſſum relinqui?

Reſp. Non ſolum res corporales verum eti incorporales: qualis eſt libertas à teſtatore licta per fideicommiſſum vel ſervo proprio, heredis, vel prorſus alieno; & hoc in caſu vus alienus debet ab herede redimi, & ipſum manumitti. §. *libertas.* 2. *h. tit.*

Quid ſi dominus nolit vendere?

Reſp. Per hoc fideicommiſſum non exting tur, nec talis libertas aufertur, ſed tantum fertur in illud tempus quo aut dominus vend voluerit, aut alia occaſio redimendi ſervi ſe tulerit. §. *eod.* 2. *verſ. quod ſi.*

Quot modis contingit libertas ſervis?

Reſp. Duobus modis: aut *directo*, aut *in recto*. *Directo* quando teſtator ipſe in te mento ſervum manumittit, & tum eſt liber

ipſ

is teſtatoris vocaturque *orcinus*. *Indirecto*, ndo teſtator mandat heredi ut ſervum manittat, & is eſt libertus manumiſſoris. *eod.* . *verſ. qui autem.*

Quæ ſunt verba uſitata in fideicommiſſis relinquendis?

eſp. Hæc; *Peto*, *Rogo*, *Volo*, *Mando*, *fidei committo*, quæ omnia imperativa non ſunt, precativa. §. 3. *& ult. h. tit.*

Ad Tit. XXV.

De Codicillis.

D teſtamenta etiam pertinent codicilli.

Quid ſunt codicilli?

eſp. Sunt *ultimæ voluntatis genus quod-*, *quo tantum legata aut fideicommiſſa relinntur*; vel, Codicilli ſunt imperfectum quod teſtamentum, quibus ſine juris ſolennitate miſſum eſt ultimæ voluntatis ſententiam ſcri nullo inſtituto herede.

Quare dicis teſtamentum imperfectum?

eſp. Non ratione voluntatis: ſed *primo*, quia nnitates deſunt; *deinde*, quia in codicillis fit diſpoſitio de omni hereditate, perfecte directo, ſed de rebus ſingularibus, vel alindo de univerſalibus, ſed non niſi per oblim & indirecto. §. 2. *h. tit.*

Quando cœperunt uſurpari?

eſp. Regnante *Auguſto*; nam tunc tempo *Lucius Lentulus Cajum Octavium Auguſtum ſarem* heredem ſcripſit, & filiam ſuam, quos avit per codicillos teſtamento confirmatos liquid facerent, puta ut curarent domos ædificari

dificari quibuſdam amicis *Lentuli*, & ut fili[...] gata codicillis relicta præſtaret, quod & ipſ[...] cerunt.

Dicitur autem *Auguſtus* convocaſſe ſapien[...] & quæſiviſſe, an uſus codicillorum non a[...] nans à juris ratione eſſet; qui reſponderunt, [...] *dicillos* non ſolum utiles eſſe, ſed & neceſſa[...] præſertim peregrinantibus, adeo ut ſi quis *te*[...] *menta* facere non poſſet, tamen poſſet *codic*[...]

Quomodo aliquis poteſt facere codicillos, cu[...] non habeat teſtamenti factionem?

Reſp. Eum non poſſe facere teſtamen[...] propter impedimentum facti, quia in loco p[...] grino teſtari vult, ubi ſeptem cives Roma[...] reperire nequit, ſine quorum præſentia te[...] mentum recte condi non poteſt; nam ſi ſit [...] pedimentum juris, codicillos facere non p[...] rit, id eſt, qui non poteſt facere teſtament[...] eo quod non habeat teſtamenti factionem a[...] vam, ut *deportatus*, vel *pupillus*, hic ne quic[...] codicillos facere poteſt.

Codicilli quomodo fieri poſſunt?

Reſp. Non tantum *teſtamento* facto, ſed [...] *inteſtatus* quis decedens fideicommittere c[...] cillis poteſt, & etiam ante *teſtamentum* [...] poſſunt, & valebunt ſi appareat eum, qui te[...] mentum fecit, à voluntate quam in codic[...] expreſſerat non receſſiſſe. §. *Non tantum.* 1. *h*[...]

An in codicillis etiam hereditas dari vel ad[...] mi poteſt?

Reſp. Quod in *codicillis* hereditas jure dire[...] neque dari neque adimi poſſit. Cujus juris [...] plex ratio affertur: *altera* hoc §.2. *Ne conf*[...] *datur jus teſtamentorum & jus codicillorum*; [...] *tera* à *Papiniano in* l. 10. ff.eod. *Quia per te*[...]

ment[...]

tum codicilli, & per inſtitutionem heredis te-entum confirmatur; quare ſi heres in codi-s inſtitueretur, per codicillos, qui ex teſta-to valent, teſtamentum confirmaretur, quod abſurdum: ſed tamen fideicommiſſum non um particulare, ſed etiam univerſale in co-lis relinqui poteſt.

An etiam plures codicilli fieri poſſunt?

eſp. Quod ſic, ſi ſcil. ſibi invicem non ſint rarii, & nullam ſolennitatem ordinationis derant. §. *ult. h. tit.* Ex quo deducitur, d illa omnia, quæ in codicillis requiruntur, ſolennitatis ſed tantum probationis cauſa quuntur.

x dictis in hoc tit. facile colligere eſt, quo-o *codicilli* differant à *teſtamentis.*

elicta in codicillis quanam actione petuntur?

eſp. Verius eſt *actione utili ex teſtamento ondictione ex lege* ſi codicilli non fuerunt mento confirmati, peti poſſe; nam ſi teſta-to ſunt confirmati *directa actione ex teſta-o* agi poteſt. *Minſing. hic. n.* 5.

A D

AD
LIBRI TERTII
TIT. I.
De hereditatibus quæ ab inteſtato de-runtur.

OMnis ſucceſſio aut eſt *ex teſtamento*, *ab inteſtato*: de ſucceſſione *ex teſtam* hactenus dictum eſt; ſequitur ſucceſſio *ab teſtato*, quæ *legitima* vocatur, quoniam lex abſque facto hominis defert.

Ab *inteſtato* autem ſuccedere nihil aliud *quam poteſtate legis ſuccedere*.

Quænam hoc tit. *explicantur*?

Reſp. Duo potiſſimum *hoc tit.* explican videlicet cui ſuccedatur, & qui ſuccedant.

Primo, *Cui ſucceditur*?

Reſp. Succeditur *ab inteſtato* ei qui teſtan tum non fecit; vel ei cujus teſtamentum n valet: uno verbo ei qui moritur *inteſtatus*.

Secundo, *Quinam ſuccedunt*?

Reſp. Succedunt hoc jure quod hic in *In tutionibus* explicatur (nam *Juſtinianus No* 118. *novum jus* de heredibus inteſtatorum troduxit, ac cæteras leges hac de re loque abrogavit, quod *novum jus* nos etiam poſtea ponemus ſecundum *d. conſtitutionem No* 118.) Primo, *ſui heredes* vel *quaſi ſui*; Secu *heredes legitimi*, & qui *pro legitimis* habent Tertio, *cognati*.

Q

Quot ſunt hujus tit. *partes?*

eſp. *Hujus tit.* ſunt tres partes: *prima* pars de *ſuis heredibus*; *ſecunda* de *liberis emanci-*; *tertia* de *deſcendentibus ex fœminis.*

Quot modis quis dicitur inteſtatus?

eſp. Quatuor: *Primo*, cum quis teſtamen- non fecit, vel quia noluit, vel quia non it; *Secundo*, cum teſtamentum quidem fe- ſed non jure fecit, id eſt, non obſervavit nitates de jure requiſitas; *Tertio*, cum te- entum quidem fecit, & jure fecit, ſed hoc mentum vel ruptum factum eſt agnatione, uaſi agnatione ſui heredis, §. 1. *ſupr. quib. teſt. infir.* vel irritum factum per capitis nutionem teſtatoris. §. *alio.* 4. *eod. tit.* *rto*, cum nullus heres ex teſtamento extitit, caſu teſtamentum dicitur *deſtitutum.* §. 2. *quæ res. ſupr. ad L. Falcid.*

Quænam eſt prima pars hujus tit.?

ſp. Prima pars *hujus tit.* eſt de *ſuis heredi-* & incipit à §. 1. uſque ad §. 9.

Quænam eſt ſecunda pars?

Scunda pars eſt de *liberis emancipatis*, & in- à §. 9. uſque ad §. 15. *h. tit.*

Quænam eſt tertia pars?

rtia pars eſt *de deſcendentibus ex fœminis*, & t à §. 15. uſque ad finem *hujus tit.*

S quoniam hæc omnia jura abrogata ſunt r onſtitutionem *Novel.* 118. & nullum fere habent, ad tædioſam eorum explicationem ccedemus, ſufficiet enim nobis nudus textus, a ex *d. Novell.* breviter proponemus.

Ad Novell. 118.

Quid igitur in ſucceſſione ab inteſtato ſpectandum?

Reſp. In ſucceſſione ab inteſtato, *primo*, dendum, an teſtamentum ſit factum; *Secun* an ab eo ſit factum, qui facere potuit; *Ter* an rite & ex jure ſit factum; *Quarto*, an ex poſt facto ſit infirmatum: quamdiu enim res ex teſtamento ſperatur, ſucceſſio ab inteſt locum habere non poteſt. *l. quamdiu*.89. *ff.*

Sic ergo inteſtato mortuo quomodo ſucceditur

Reſp. Jure *d. Novell.* 118. triplex ordo conſtitutus; *Deſcendentium*, *Aſcendentium*, *Collateralium*.

Qui ſunt deſcendentes?

Reſp. Qui à nobis ſunt generati, ut *lil* quorum prima cauſa eſt in ſuccedendo, quamdiu hi ſuperſunt omnes alii excludunt quia *naturalis ratio, tanquam tacita quæ lex, bona parentum liberis addicit.* l. 11. ff. lib. & poſth. in quo ſic proceditur, ut non om liberi eodem modo admittantur.

Quare non eodem modo admittuntur?

Reſp. Quia non ſunt ejuſdem conditio nam *Primo*, aut ſunt liberi *naturales & le mi ſimul*, qui ſunt ex juſtis nuptiis procreati, optima forma, id eſt, per *ſubſequens matr nium, legitimati*.

Secundo, vel *legitimi tantum*, id eſt, adop

Tertio, vel *naturales tantum*, ut qui ex cubina & certo patre nati ſunt.

Quarto, vel ſunt *ſpurii*, qui patrem cer non poſſunt demonſtrare.

Quinto, vel ſunt *inceſtuoſi*, qui ſunt ex dar to coitu nati.

Quo

uomodo legitimi & naturales ſimul ſuccedunt?

eſp. Hi ſive *emancipati* ſint, ſive *patriæ poti ſubjecti* parentibus *ab inteſtato* æqualiter edunt, excluſis omnibus *aſcendentibus* & *eralibus*, nec refert *filii* an *filiæ* ſint.

Quid ſi nepotes aut neptes ſint?

ſp. Hi, ex filio aut filia præmortua nati, iunt locum ſui patris aut matris, & cum s primi gradus ſuccedunt; verum in *ſtirpes*, iutem in *capita.*

Quando dicitur ſucceſſio fieri in capita?

ſp. Quando hereditas in tot partes dividi- quot ſunt ſuccedentium *capita.*

Quando in ſtirpes?

ſp. Quando *integra ſtirps* ejus tantum par- accipit, in cujus locum ſuccedit.

uomodo optima forma legitimati ſuccedunt?

ſp. Hi, ut veri legitimi, ſuis parentibus ſuc- t.

Quomodo legitimi tantum ſuccedunt?

p. Hi aut ſunt *adoptivi* in ſpecie, aut *arro- Adoptivi*, ſi in familia adoptantis tempore s reperiantur, *ab inteſtato* ſuccedunt ei iter una cum *naturalibus & legitimis* ſi- *arrogati* vero ſuccedunt arrogatori ſuo, olum in bonis, quæ ad ipſum tranſtule- ſed etiam in quarta bonorum arrogatoris.

Naturales tantum quomodo ſuccedunt?

p. Si ſit vel *legitima uxor*, vel *legitimi li-* iullo modo ad patris hereditatem admit- ; ſi vero non ſint *liberi legitimi*, nec *le-*

gitima uxor, ab inteſtato ex hereditate patris a-cipiunt *duas uncias*: in quibus mater, ſi viv, etiam habet partem virilem in illis duabus u-ciis. *auth. licet. C. de nat. lib.*

Quid autem è materna?

Reſp. Quantum ad ſucceſſionem matris a-net, naturales tantum ei ſuccedunt, ac ſi leg-mi eſſent. §. *noviſſime.* 3. *infr. ad SCtum Orſ*

Spurii quomodo ſuccedunt?

Reſp. Succedunt matri ſuæ, ac ſi legitimi naturales ſimul eſſent, niſi mater ſit illuſtris f-mina; patri vero nullo modo, quia demonſt i non poteſt.

Inceſtuoſi quomodo ſuccedunt?

Reſp. Hi nec ad patris, nec ad matris here-tatem admittuntur ullo caſu; adeoque ex-ſunt jure civili, ut ipſis alimenta civilia eſſe neganda ſtatuatur. *Auth. ex complexu. C. de n. lib.*

Hactenus primus ordo, *deſcendentium* ſcil. *Secundus* ordo eſt *aſcendentium.*

Quos nomine aſcendentium *intelligis?*

Reſp. Omnes parentes, qui nos genuerunt ut ſunt *pater, avus, proavus, &c.*

Quid hic obſervandum?

Reſp. Hoc nimirum, ut *proximior gradu re-motiorem excludat.*

Secundo, ex damnato coitu parentes facti n-lo modo admittuntur.

Tertio, adoptivi non ſemper & ſimpliciter a-mittuntur; ſed arrogatores, *primo*, ſi liberi a-rogati puberes ſint, *ſecundo*, ut illi qui ado-runt in ſpecie ſint aſcendentes.

Quarto, cum aſcendentibus concurrunt

& ſorores, qui & quæ junguntur defunćto ıtroque latere; ut etiam fratrum vel ſororı prædefunćtorum talium liberi primi gra-, non vero ſecundi, vel ulterioris. *Novell*. . *cap*. 2. *Nov*. 127. *cap*. 1.

Quid autem mortuis parentibus primi gradus?

ˈeſp. Tum *avus* & *avia*, & his non exiſten-s, ulteriores ſuccedunt defunćto.

ˈuid juris uno ex parentibus mortuo, altero adhuc ſuperſtite?

ˈeſp. Hoc; ut mortua matre pater excludat m maternum (quandoquidem *proximior gra- ˈemotiorem excludit*, ut dićtum eſt in prima ˈrvatione) etiam quoad bona, quæ à linea erna ad filium pervenerunt: & contra, pa-nortuo mater quoque excludat avum pater-ı à ſucceſſione filii, etiam quoad bona pa-a.

ˈaćtenus ſecundus ordo *aſcendentium* ſcili-

ˈertius ordo eſt *collateralium*:

ˈon exiſtentibus *aſcendentibus* vocantur *col-ˈrales*.

Quos intelligis nomine collateralium?

ˈeſp. Agnatos & cognatos, qui defunćto ex ˈe erant junćti.

Quomodo hi ſuccedunt?

ˈeſp. Hoc modo; in primo ordine vocantur *ˈres* vel *ſorores* utrinque conjunćti vel con-ˈtæ; & ſi ſoli, ſuccedunt in *capita*; ſi non cum iis admittuntur *fratrum vel ſororum ˈvel filiæ*: quo caſu *fratres* & *ſorores* in *ca-* concurrunt, *fratrum* vero aut *ſororum filii ˈfiliæ* in *ſtirpes*, ita ut *filii vel filiæ fratrum*

 vel

vel ſororum, eam accipiant portionem, q[illegible] ipſorum parentes accepiſſent, ſi in vivis n[illegible] ſiſſent; ſi vero *fratrum* vel *ſororum filii* ſoli[illegible] centur, nec cum *patruis* ad ſucceſſionem *pa*[illegible] concurrant, tunc ſucceſſio dividenda erit i[illegible] *pita* & non in *ſtirpes*, ſecundum regulam [illegible] dictat, quod, *quotieſcunque non eſt locus rep*[illegible] *ſentationi, toties ſucceſſio dividitur in capita* [illegible] *non in ſtirpes*, ſecundum *Novell.* 118. *cap*[illegible] §. 1. *in fin.* & *Zaſium in ſingularibus*, c[illegible] opinionem *Carolus V. Imp.* approbavit in *C*[illegible] *tiis Spirenſibus* 1529.

Quamdiu autem *fratres* ſunt vel *fratrum* [illegible] utrinque conjuncti defuncto, non admittu[illegible] nec *fratres conſanguinei*, hoc eſt, qui *ex eo*[illegible] *patre nati ſunt*, nec *uterini*, qui ex *eadem m*[illegible] nati ſunt: Cum vero *fratres germani* non [illegible] nec *ſorores germanæ*, nec eorum *filii aut f*[illegible] vocantur *fratres conſanguinei* vel *uterini*, ſi[illegible] ſint *in capita*; ſi vero cum iis concurrant [illegible] defunctorum *filii* aut *filiæ*, hi vocantur in *ſti*[illegible]

Quid hic neceſſario obſervandum eſt?

Reſp. Neceſſario hoc obſervandum eſt [illegible] hoc caſu, quo *uterini* & *conſanguinei* ſimul [illegible] mittuntur, ſic dividatur hereditas, ut bona, [illegible] à *patre* obvenerunt, *conſanguineis*, quæ à *ma*[illegible] *uterinis* cedant; & ad reliqua bona, aliunde [illegible] quiſita, admittantur indiſtincte.

Quid ſi nec fratres nec ſorores conſangu[illegible] *nec uterini exiſtant, verum tantum eo*[illegible] *liberi?*

Reſp Hi jure quodammodo proprio ad [illegible] functi ſucceſſionem deveniunt, & proinde [illegible] cedunt in *capita*, non autem *in ſtirpes*.

Quid ſi nec liberi fratrum exiſtant?

R[illegible]

Reſp. Tum ſuccedunt reliqui *cognati*: Ubi ndæ ſunt hæ regulæ:

rimo, *Proximiores cognati excludunt remotes*;

ecundo, *Pares gradu pares ſunt in ſucceſſione*;

ertio, *Cognati ſuccedunt uſque ad decimum dum*;

uarto, *Non refert, an ſint mares an fœminæ.*

Iiſce ita ſe habentibus, duo ſpeciales caſus ocunt.

rimus caſus eſt, ſi conjunx prædefunctus inm conjugem reliquerit, tunc inops ſuper- conjunx admittetur in quartam partem boum, ſi tres ſint liberi vel pauciores; ſi vero es, in virilem partem: idque receptum eſt onorem matrimonii. *Auth. præterea. C. e vir & ux.*

ecundus caſus eſt, quod parentes, ad ſecunda tranſeuntes, non habent proprietatem eo, quæ per ſucceſſionem ab inteſtato ſunt aſti à liberis primi matrimonii, ex quo plures i in vivis ſunt, ſed tantum uſumfructum ad n.

AD TIT. II.

De legitima Agnatorum ſucceſſione.

Eſtne hæc ſuccedendi ab inteſtato ratio?

. SIC eſt; verum *Imp.* præcedenti titulo tantum *primum ordinem* qui eſt *orum* explicavit, nunc ad alterum, qui eſt *torum*, tranſit; nam hi olim poſt ſuos *lege Tabb.* vocabantur: nunc vero alia ſuccedi ratio eſt, ut in *præcedenti tit.* expoſi eſt.

Cupio tamen ſcire periochen hujus tit.?

Reſp. Eam ſic habeto; ſuis non exiſtenti[…] *lege* 12. *Tabb.* vocabantur *proximi agnati* [...] eſt, per *virilis ſexus cognationem conjuncti*: *a[…]dentibus* vero *parentibus* non erat ſuccede[…] ordo; nam *pater*, qui liberos habebat in p[…]ſtate, non jure hereditario ſed jure peculii [...] ſuccedebat, quamvis inter agnatos numer[…]tur: *mater* vero ad ſucceſſionem liberorum [...] admittebatur; cum nec *agnationis*, nec *pote[…]tis*, nec *familiæ* jus haberet.

Ad Tit. III.

De SCto Tertulliano.

An ita plane matres à liberorum ſucceſſion[…] excludebantur?

Reſp. LEge 12. *Tabb.* penitus excludeban[…] *SCto* vero *Tertulliano* admitteban[…] quomodo vero, & quando *h. tit.* docetur.

Verum hodie ex *Jure Novellarum*, ut tr[…]tum eſt, in ordine *aſcendentium* tam *mater* q[…] *pater* eſt, nec ulla eſt amplius ſexus diſtinc[…] non opus erit igitur hæc longius explicare.

Ad Tit. IV.

De SCto Orficiano.

Matres liberis non ſucceſſiſſe dixiſti, an igit[…] liberi matribus non ſucceſſerunt?

Reſp. NON; ſed poſtea latum eſt *SC[…] Orficianum*, quo effectum eſt, u[…]beri ad bona matrum inteſtatarum admitta[…], & præferantur tam *agnatis*, quam *cognatis* i[…]

m[…]

tris, ſive filii ſive filiæ ſint; verum *hoc SCto* lie opus non eſt.

AD TIT. V.
De ſucceſſione cognatorum.

D*Iximus ſecundum ordinem fuiſſe* agnatorum, *nunc ad tertium ordinem* Imp. *procedit*, *eſt* cognatorum.

Quinam ergo vocantur in hoc ordine?

Reſp. Vocantur in hoc ordine, *primo*, ii qui n agnati eſſent *emancipati* ſunt, & per hanc *ancipationem* inter *legitimos* haberi deſierunt; propterea ut *cognati*, quales natura ſunt ter- ordine, à prætore ſunt vocati ad ſucceſſio- n. §. 1. *h. tit.*

ecundo, qui per fœminini ſexus perſonas ex aſverſo cognatione junguntur, & hòs etiam *tor* tertio ordine vocat. §. 2. *h. tit.*

Hoc tertio ordine *cognatorum prætor* etiam vocat, qui in *adoptiva familia* ſunt, ut ad entum naturalium hereditatem deveniant. um hæc omnia hodie ſublata ſunt.

AD TIT. VI.
De gradibus cognationum.

Quid eſt cognatio?

R. EST cohærentia quædam perſonarum, quæ per generationem contracta ex em ſanguine conſtat, cujus communione al- perſona alteri conjuncta eſt.

Quot modis cognatio conſideratur?

Reſp. Tribus modis; Primo, in *aſcendendo* *aſcendens*.

Secundo, in *deſcendendo* ſive *deſcendens.*
Tertio, ex *latere* ſive *tranſverſalis.*

Quid eſt linea?

Reſp. Linea eſt collectio perſonarum ab e-dem ſtipite deſcendentium, continens grad, & diſtinguens cognationes.

Quid eſt gradus?

Reſp. Eſt tranſitus de proximo in proximu; & quot ſunt *generationes, tot ſunt gradus.*

Quot ſunt lineæ?

Reſp. Duæ, *recta* & *obliqua*: In *recta* ſu *aſcendentes* & *deſcendentes*; in *obliqua collate-les*, qui quidem ex ſtipite provenerunt, ſed i invicem nec liberi, nec parentes ſunt.

Quid eſt communis ſtipes?

Reſp. Communis ſtipes eſt, à quo illi, de qu-rum cognatione quæritur, tanquam pare a communi proximo, provenerunt: ſic duor fratrum communis eſt *ſtipes pater*, & *filii fra avus*, atque ita deinceps.

Quomodo gradus in linea recta computantur.

Reſp. Secundum hanc regulam, *quot ſunt* *nerationes, tot ſunt gradus*: ſic cum inter patr & filium una ſit generatio, unus etiam eſt g-dus; inter nepotem & avum duæ ſunt gene-tiones, ergo duo ſunt gradus; inter me & p-avum tres ſunt generationes, ergo tres grad, & ſic deinceps.

In tranſverſali linea quomodo gradus computantur?

Reſp. Hoc modo; Primo aſcenditur ad co-munem ſtipitem proximum, & deinde ab deſcenditur ad alteram perſonam; quot terim inveniuntur *generationes, tot ſunt grad*

exem

empli gratia, ſi de duorum fratrum cognatio- quæratur, non rectà fit tranſitus de fratre fratrem, ſed prius aſcenditur ad patrem com- unem, utriuſque ſtipitem proximum, & de- de ad alterum fratrem deſcenditur; inveniun- r vero duæ generationes, quarum unam con- tuit unus fratrer cum patre, alteram pater m fratre altero; unde conſequens eſt duos tres duobus gradibus inter ſe diſtare, & ita inceps.

An hæc jure Canonico obtinent?

Reſp. Jure Canonico in *linea recta* idem ob- vatur, quod Jure Civili; in *linea vero tranſver- li* non item.

An agnationis gradus eodem modo nume- rantur?

Reſp. Agnationis gradus ſecundum eandem gulam numerantur, ut gradus cognationis: *empli gratia*, ut fratres uterini, qui ſunt co- ati, ita etiam conſanguinei, qui ſunt agnati, nuntur in ſecundo gradu; & ut cognatus unculus eſt tertio gradu, ita etiam patruus, i eſt agnatus.

AD TIT. VII.

De ſervili Cognatione.

Quæ dicitur ſervilis cognatio?

ſp. QUÆ inter libertinos ſpectatur, & id- eo dicitur ſervilis, quia tempore ſer- utis originem habuit.

Hic diſtinguitur inter *jus vetus* & *jus novum*: *e veteri* cognatio ſervilis ad ſucceſſionem non oderat, id eſt, liberti jure cognationis non cedebant, ſed omnia libertorum bona *lege* 12. *Tabularum*

Tabularum ad patronos deferebantur; *jure* au-tem *novo*, liberi vel fratres liberti defuncti præ-feruntur patrono. *verſ. ſed noſtra. in pr. h. tit.*

AD TIT. VIII.

De ſucceſſione Libertorum.

QUÆ dicta ſunt à *tit. de teſtamentis* uſq; ad hunc locum, ea omnia pertinent ad ſucceſſionem hominum *ingenuorum* vel ex te-*ſtamento*, vel *ab inteſtato*.

Hic autem *tit.* eſt de *ſucceſſione* in *bonis lib*er-*torum*; nam *ſucceſſio libertorum* dicitur in *hac* ru-*brica* ea, qua ſucceditur *libertis*, non qua *libe*ri ſuccedunt.

Quid igitur hoc tit. *continetur?*

Reſp. Docet *hic tit.* qui *libertis* ſuccedat; qua de re *Imp.* quatuor jura declarat.

Primum jus eſt *lex* 12. *Tabb.* quo jure *pat*ro-*nus liberto* inteſtato ſuccedit; ſed adverſus te-ſtamentum *liberti*, in quo alii heredes ſcripti ſi, nihil juris habet. *pr. h. tit.*

Quod dixi, *patronum* ab inteſtato ſuccede, ſic intelligendum eſt, ut dicatur ſuccedere t quam *legitimus heres* in ſecundo ordine, id poſt *ſuos heredes*.

Secundum jus eſt, *jus prætorium*; quo jure pa-*tronus* non ſuccedit, ſi *libertus* filium natural reliquerit: ſuccedit autem ex *ſemiſſe*, ſi reliq-rit *filium adoptivum*.

Item contra teſtamentum liberti, in quo quam filii naturales ſunt heredes ſcripti, ha t dimidiam partem hereditatis per *bonorum poſ*ſeſ-*ſionem contra tabulas*. §. 1. *h. tit.*

Tertium jus eſt *lex Papia*; cujus juris ſum

h

: eſt: ſi *libertus* ſit *centenarius*, id eſt, habeat tum ſeſtertia in bonis, & pauciores relint quam tres liberos, tunc patrono in here-te liberti pars virilis debetur. §. 2. *h. t.*
Quartum jus eſt conſtitutio *Juſtiniani*; quæ in *l. ult. C. de jur. patr.* & cujus ſumma re-ur §. 3. *h. tit.*

Quibus libertis ſucceditur?

Reſp. Omnibus; ſive ſint *cives Romani*, ſive *tini*, ſive *Dedititii*. §. *ult. h. tit.*

AD TIT. IX.

De aſſignatione Libertorum.

Quid ſignificat aſſignare?

b. ATtribuere; aſſignare enim libertum eſt teſtificari, cujus ex liberis eum li-tum eſſe velit. *l.* 107. *ff. de V. S.*

Quæ eſt ſumma hujus tit.?

Reſp. Hæc: ſi patronus uni ex ſuis liberis li-tum aſſignat, ad eum ſolum pertinebit here-s. *pr. h. tit.* Aſſignari autem poteſt tam li-tus, quam liberta. §. 1. *h. t.* Emancipatis em non poteſt fieri aſſignatio. §. 2. *h. tit.* gnatio fieri poteſt, tam in teſtamento, quam nteſtato. §. 3. *& ult. h. tit.*

AD TIT. X.

De bonorum Poſſeſſionibus.

ABſolutus eſt per multos titulos primus modus acquirendi per *univerſitatem*, nempe *editas*; ſequitur ſecundus modus non abſi-milis,

milis, id eſt, *bonorum poſſeſſio*: nam bono[rum] poſſeſſores vicem heredum obtinent, adeo [ut] interdum appellentur heredes. *l.* 138. *de V.* [S.]

Quid eſt bonorum poſſeſſio?

Reſp. Bonorum poſſeſſio nihil aliud eſt, *q[uam] hereditas quæ jure prætorio defertur*; aut c[um] Bonorum poſſeſſio eſt *ſucceſſio in univerſum [jus] quod defunctus habuit, ex edicto prætoris del[ata]*; Secundum *Ulpianum in l.* 3. *ff. h. tit.* e[ſt jus] retinendi, perſequendi patrimonii, quod cu[juſ]que cum moritur fuit.

Cur ergo non dicitur hereditas?

Reſp. Quia prætoria eſt; *prætor enim* here[dem] facere non poteſt, cum ſola lex in bona [ci]vis Romani jus habeat, *prætor* vero juris civilis [tan]tum corrigendi, interpretandi, & adjuv[an]di gratia adhibetur, adeo ut non jus civile i[n to]tum tollere, aut legem condere ſed inter[pre]tari debuerit; ut ſi aliquando acciderit per [ſub]tilitatem juris aliquem excludi, vel non dir[ec]to vocari ad hereditatem, ſic ut videretur m[agis] admitti ex facto *prætoris* ſive *Magiſtratus*, q[uam] ex juris ordine; quapropter non appellaru[nt here]*res* quod juris nomen eſt, ſed *poſſeſſor* quo[d] facti nomen. *pr. h. tit.*

Quotuplex eſt bonorum poſſeſſio?

Reſp. Duplex: quædam competit *facto [te]ſtamento*, cujuſmodi eſt quæ vocatur *contr[a ta]bulas*, & quæ *ſecundum tabulas*; quædam c[om]petit non *facto teſtamento*, cujuſmodi hic [e]numerantur.

Quot ſunt bonorum poſſeſſiones?

Reſp. Jure veteri decem fuerunt, *ordin[ariæ]* videlicet; nam de *extraordinaria poſſeſſione* [...] *Imp. in* §. 3. *hujus tit.*

Quæ

Quænam illæ ſunt?

Reſp. *Duæ* ex teſtamento, & *octo* ab inte-
o; Prima eſt *contra tabulas*, quæ teſtamen-
ı evertit, & iis datur, qui non ſunt ſcripti
edes in teſtamento, hanc *inquit Imp.* dari
ris præteritis in teſtamento paterno. intel-
: præteritionem, quæ non habetur pro exhe-
atione, alioquin ceſſat bonorum poſſeſſio
tra tabulas, & agendum *querela inofficioſi te-*
menti: veluti, cum liberi à matre vel avo ma-
ıo ſunt præteriti. §. *ult. ſupr. de exhered. lib.*
ur etiam parenti, *contra tabulas* filii vel ne-
is, quem emancipavit, vel etiam patronis,
tra teſtamentum liberti. §. 1. *ſupr. de ſucceſſ.*
rt.

ecunda eſt *ſecundum tabulas*; eaque vel *di-*
a, quæ datur ſcriptis heredibus, eo quod
tor in teſtamento ſcripturam requirit; vel
is, quæ datur heredibus inſtitutis in teſta-
ıto nuncupativo. *l.* 2. *C. de bon. poſſ. ſec. tabb.*

Tertia, *unde liberi.*

Quarta, *unde legitimi*; quæ datur heredibus
timis, veluti *agnatis.*

Quinta, *unde decem perſonæ*; quæ competit
em perſonis in contextu enumeratis, ut ſunt
r, mater, avus, avia, filius, filia, nepos, ne-
i, frater, ſoror.

exta, *unde cognati.*

eptima, *tanquam ex familia*; per quam ad
eſſionem vocantur, qui ſunt in *familia pa-*
ni.

Octava, *unde patroni.*

Nona, *unde vir & uxor*; per quam uxor ma-
i, & maritus uxori ſuccedit.

Decima, *unde cognati manumiſſoris*; quæ co-
tis patroni competit. hæ omnes ſpecies enu-
rantur §. 2. *h. tit.*

Quot

Quot ſunt jure novo *bonorum poſſeſſiones ?*

Reſp. Hoc exponit *Imp. in* §. 3. *hujus tit.* bi quatuor bonorum poſſeſſiones tollit tanq[uam] ſuperfluas; nimirum, Primo, *unde decem perſo[næ]*.

Secundo, *tanquam ex familia.*

Tertio, *unde patroni.*

Quarto, *unde cognati manumiſſoris.*

Reliquas vero tanquam utiles admittit & [pro]bat.

Hæc omnia dicta ſunt de *bonorum poſſe[ſſio]nibus ordinariis*, id eſt, quæ certo ordine [de]runtur.

Quæ eſt igitur extraordinaria ?

Reſp. Quæ non habet certum locum, ne[c] fertur inter bonorum poſſeſſiones ex *teſtam[ento]* vel *ab inteſtato*; ſed generaliter iis à præ[tore] promittitur, quibus *lege vel SCto vel conſtitu[tione] Principis* defertur.

Quomodo accipitur bonorum poſſeſſio ?

Reſp. Neceſſe eſt petitorem adire præto[rem], aut alium judicem, & declarare vel teſtari [apud] eum, ſe velle bonorum poſſeſſionem admit[tere] *l. ult. C. qui admitti ad bon. poſſ. poſſ.*

Quæ in petenda bonorum poſſeſſione obſervan[tur]

Reſp. Tria:

Primo, *Intra quod tempus petenda ſit bon[o]rum poſſeſſio ?*

Reſp. Liberis & parentibus annus trib[uitur] ad petendam bonorum poſſeſſionem, cæteri [au]tem perſonis centum dies conceduntur. *ver[ſ]. liberis. eod.* §.

Rationem hujus edicti affert *Imp.* quia [ſi] certum tempus heredi præſtituatur ad ſucce[ſſio]nem amplectendam vel amittendam, alte[rum] duorum incommodorum accidet; ut vel c[re]di-

es impediantur jus ſuum perſequi, cum ja-
ıte hereditate nemo ſit, quem convenire poſ-
t, vel mittantur in poſſeſſionem bonorum he-
ditariorum, quod durum eſt, nec facile con-
di ſolet.

Secundo, *Quis ſit effectus ſi intra illud tempus non petatur?*

Reſp. Per diſtinctionem: aut enim is, cui bo-
rum poſſeſſio defertur, voluntatem ſuam non
efacit; aut bonorum poſſeſſionem ſibi dela-
n repudiat. *priori* caſu exſpectatur lapſus totius
nporis, intra quod bonorum poſſeſſio peti
teſt, & eo tempore lapſo, ſi alii ſint in eodem
du, eis accreſcit portio omittentis bonorum
ſeſſionem; ſi vero nulli ſint in eodem gradu,
ıc bonorum poſſeſſio ſequentibus defertur:
teriori caſu, non exſpectandus lapſus tempo-
ſed ſtatim ac aliquis bonorum poſſeſſionem re-
liavit, aliis accreſcit ac defertur. §. *&* *ſi.* 4. *h. tit.*

Tertio, *Quomodo hoc tempus computetur*, id eſt, *utrum ſit continuum an utile?*

Eſt autem tempus *continuum* quod continen-
currit, omnibus diebus indiſtincte enume-
s, etiamſi ſint dies feriati.

Utile autem eſt, cum illi tantum dies compu-
tur, quibus aliquid fieri potuit; puta quibus
uit litigari, vel *bonorum poſſeſſio* peti.

Reſp. Tempus petendæ bonorum poſſeſſionis
utile, non *continuum*; id eſt, eos dies tantum
nputari, quibus bonorum poſſeſſio peti po-
. *verſ.* *in petenda. eod.* §.

An hodie etiam opus ſolenni petitione?

Reſp. Quod non; ſed ſufficit quocunque mo-
voluntatem oſtendere amplectendæ bono-
n poſſeſſionis. §. *ult. h. tit.*

AD

AD TIT. XI.

De acquiſitione per arrogationem.

EXpoſiti ſunt duo modi acquirendi per u-verſitatem, *hereditas* ſcil. & *bonorum p-ſeſſio*, ſequitur tertius modus, nimirum *acqui-tio per arrogationem*; omnia enim bona ar-gati pleno jure tranſeunt in ipſum arrogatore, præter *adventitia*, in quibus arrogator ſolu uſumfructum habet, & proprietas apud *arro-tum* remanet, ad ſimilitudinem *naturalium l-rorum*. § 1. *&* 2. *h. tit.*

Mortuo autem arrogato quis ſuccedit?

Reſp. Pater *arrogator* in iis quæ pleno ju ad illum tranſierunt; in *adventitiis* vero pro-mi *cognati*, ſcil. *liberi* & *fratres* arrogati, *l. ult. C. comm. de Succeſſ.* & his deficientibus rogator. §. 2. *verſ. mortuo. h. tit.*

Poteſtne arrogator conveniri nomine arrogat

Reſp. Poteſt; ſi nimirum *arrogatus* ante *rogationem* aliquid æris alieni conflaverit, rumtamen non ſuo, cum ipſe non contraxe ſed *arrogati* nomine; & ſi recuſet illum def-dere, mittuntur creditores à Magiſtratu in p-ſeſſionem bonorum arrogati, idque ob eam c-ſam, ne arrogationes creditoribus ſint frau-loſæ. §. 3. *& ult. h. tit.*

AD TIT. XII.

De eo cui libertatis cauſa bona addicunt-

HOC tit. declaratur quartus modus acq-rendi per univerſitatem, *addictio bonor-libertat*

ertatum conſervandarum cauſa, puta ſi quis *dito teſtamento* vel *ſine teſtamento* moriens, ertates reliquerit, nemo autem velit heredi-em ejus adire, eo quod ſuſpecta eſſe videa-, hoc caſu uni alicui è ſervis, qui libertate natus eſt, vel etiam cuilibet extraneo licet re hereditatem; ſed ſub hac conditione & ſa-latione, ut creditoribus omnibus ſatisfaciat, cæteris libertates imponat, quibus teſtator dit.

Quæ eſt ergo ſumma hujus tit.?

Reſp. *Imp. in* §. 1. proponit ſummam re-ipti *Divi Marci*, quo reſcripto hic modus ac-rendi eſt introductus.

Deinde à §. 3. uſque ad finem *tit.* oſtendit bus caſibus hæc bonorum addictio locum beat.

AD TIT. XIII.

De ſucceſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditionem, & ex SCto Claudiano.

Ræter quatuor modos acquirendi *per univerſitatem*, fuerunt olim & alii duo, quam-non amplius in uſu ſint.

Primus eſt per *bonorum emptionem*; cum bona bitoris, qui non erat ſolvendo, ſolenniter di-hebantur.

Secundus erat *ex SCto Claudiano*; cum mulier vo alieno miſcebatur contra domini volunta-n; nam ſi poſt trinam domini denunciatio-n, nihilominus ſervo jungeretur, ejuſdem mini, cujus ſervo juncta fuerat, ſerva fiebat, univerſa ejus bona domino acquirebantur. *tit. per tot.*

AD

AD TIT. XIV.

De Obligationibus.

CUM jus rei conſiſtat in *dominiis & ob-gationibus*, atque huc uſque de *rerum do-minio* dictum fuerit, ſequitur ut de *obligatio-bus* videamus; *Quid ergo eſt obligatio?*

Reſp. Obligatio eſt *juris vinculum, quo neceſ-tate adſtringimur alicujus rei ſolvendæ, ſecundum noſtræ civitatis jura.*

Quomodo dividitur obligatio?

Reſp. Quod obligatio vel eſt *naturalis* tan-tum, vel *civilis* tantum, vel *naturalis* & *civilis* ſimul, quæ *mixta* dicitur.

Quæ eſt obligatio naturalis tantum?

Reſp. Obligatio naturalis tantum eſt, quæ tan-tummodo ex vinculo æquitatis dependet, lic[et] lex civilis ei non aſſiſtat; *exempli gratia*, quod filiofam. creditum eſt, id naturali æquitate de-betur, quamvis *SCtum Macedonianum* tale cre[di]-tum improbet & exigi vetet.

Quæ eſt obligatio civilis tantum?

Reſp. Obligatio civilis tantum eſt, quæ ma-gis ex præſumptione juris eſt, quam ex natu[rali] facto ſive æquitate; ut ſi quis *metu* coactus, [vel] *dolo* inductus quid promiſerit, ipſo quidem [jure] tenetur & conveniri poteſt, ſed per *excep[tio]-nem doli vel metus* defenditur.

Quænam eſt obligatio mixta?

Reſp. Quæ & vinculum æquitatis & neceſſi-tatem juris habet, ut ex *empto vendito*, &c.

Quænam obligatio hic definitur?

eſp. Quod hic definitur civilis obligatio, di-
ſmp. *ſecundum noſtræ civitatis jura.*

Quænam eſt ſecunda diviſio?

eſp. Nominatur hic ſumma, quod quædam
gationes ſunt *civiles*, quædam *prætoriæ* ſeu
rariæ.

Quæ ſunt civiles ?

eſp. Civiles ſunt, quæ aut legibus ſunt con-
tæ, ut *litterarum obligatio*, *ſtipulatio*; aut
o jure civili comprobatæ, *ut emptio*, *loca-*
&c.

Quæ ſunt prætoriæ?

eſp. Prætoriæ ſunt, quas prætor ex ſua juriſ-
ione conſtituit, & ex quibus prætoriæ actio-
naſcuntur; quales ſunt *Publiciana*, *Reſciſſo-*
Serviana, *Hypothecaria*, *de conſtituta pecu-*
de peculio.

uid intelligis per obligationes jure civili comprobatas?

eſp. Naturales obligationes, quæ ex juris
ium contractibus naſcuntur, & à jure civili
& efficaciam acceperunt.

Quænam eſt tertia diviſio?

eſp. Quod obligationes quædam naſcuntur
ontractu, vel *quaſi*; quædam ex *maleficio*,
quaſi.

An non dantur alii actionum fontes?

eſp. Quod non dantur alii *ordinarii*, ſed
em *extraordinarii. l.* 1. *ff. de obl. & act.*

Quid eſt contractus ?

eſp. Contractus eſt conventio cum cauſa vi
roducens obligationem.

Quotuplices ſunt contractus?

Reſp.

Reſp. Quod contractus alii ſunt *nominati*, ali *innominati*.

Quinam ſunt contractus nominati?

Reſp. Contractus nominati ſunt, qui habe nomen, & producunt actionem nomini ſuo co ſonam: ut *emptio venditio*, *&c.*

Quinam ſunt contractus innominati?

Reſp. Contractus innominati ſunt, qui vel nomen non habent, vel non producunt acti nem nomini ſuo conſonam; ut, *do ut des*, *do ut facias*, *facio ut des*, *facio ut facias*. *l.* 5. *ff.* *præſ. verb.* hi enim pariunt actionem *præſcrip verbis*.

Quomodo rurſus obligationes, quæ ex contractu naſcuntur, dividuntur?

Reſp. Quod aut *re* contrahuntur, aut *verb* aut *literis*, aut *conſenſu*.

Quomodo dicitur obligatio contrahi re?

Reſp. Quando rei traditio ad conventione accedens initium obligationi præbet.

AD TIT. XV.

Quibus modis re contrahitur obligatio

Quot ſunt contractus qui re perficiuntur?

Reſp. HI contractus, qui re perficiuntur, ſu quatuor; ſc. *Mutuum*, *commodatu depoſitum*, *&* *pignus*.

Quid eſt mutuum?

Reſp. Mutuum eſt contractus, quo quantit ea lege datur, ut tantundem reſtituatur.

In quibus rebus conſiſtit?

Re

eſp. In rebus quæ pondere, menſura & nu-
o conſtant, & quarum non eſt utilitas niſi in
ſumptione.

Quid hoc ſignificat rem pondere, numero & menſura conſtare?

eſp. Rem pondere, numero & menſura
ſtare, nihil aliud eſt quam ex pondere, nu-
o vel menſura æſtimari; ut *æs, argentum,*
um, pecunia numerata, vinum, oleum, fru-
tum.

Unde dicitur mutuum?

eſp. Quaſi dicas ex meo tuum: transfertur
n in mutuo dominium rei à mutuante in
uatarium, & hoc ſolum agitur ut ex meo
n fiat, vel contra.

Quænam actio ex mutuo competit?

eſp. Ex hoc contractu naſcitur actio, quæ
tur *certi condictio ex mutuo.*

ui datur hæc condictio, & adverſus quem?
. Datur mutuanti ſive creditori, contra
uatarium ſive debitorem.

Quid petit creditor hac actione?

eſp. Ut debitor ſive mutuatarius rem mutuo
n reſtituat, non in ſpecie, ſed in genere.

*uid ergo dicendum, ſi ego acceptis centum au-
reis mutuo eoſdem in ſpecie nummos reſtituam
creditori, an erit mutuum, vel non?*

eſp. Erit mutuum; quia quod eoſdem num-
in ſpecie reſtituo, hoc fit ex accidenti &
er intentionem ipſorum contrahentium, &
naturam negotii non mutat.

Quid eſt indebitum?

eſp. Quod quis per errorem ſolvit, cum id
jure deberet.

An

An ſolutio indebiti eſt verus contractus, an vero quaſi contractus?

Reſp. Per diſtinctionem; aut enim ſolu indebiti fit hac conventione, ut mihi reſti ſi appareat me non debere, & hoc caſu eſt rus contractus. *l.* 2. *ff. de cond. ind.* aut ſolu eſt facta ſimpliciter ſine ulla conventione, caſu eſt quaſi contractus. §. 6. *infr. de obl. quaſi contract.*

Quænam ergo requiruntur ut detur condictio indebiti?

Reſp. Tria: *primo* quod quid ſolutum ſit *cundo* quod ſit indebitum; & *tertio* quod ſit lutum per errorem.

De quo errore hoc eſt intelligendum, an de errore juris, an vero de errore facti?

Reſp. Hoc eſſe intelligendum de *errore cti*; nam qui in *errore juris* verſatur, pro ſcie habetur, atque ideo non repetit.

Si quis pupillo ſolverit per errorem indebitum ſine tutoris auctoritate, quid juris erit?

Reſp. Non poterit contra ipſum pupil *condictione indebiti* agere; hac enim condic ne non conſtringuntur qui ex mutuo non ligantur, pupillus vero ſine tutoris auctori ex mutuo non obligatur, ergo nec hac acti conveniri poteſt. §. 1. *h. tit.*

An poteſt indebitum dici contractus?

Reſp. Hæc ſpecies obligationis non vide ex contractu conſiſtere, ſed potius ex diſtrac cum is, qui ſolvendi animo dat, magis volu negotium diſtrahere, quam contrahere.

Quæ eſt ſecunda ſpecies eorum contractuum, qui re fiunt?

Re

eſp. Eſt commodatum.

Quid eſt commodatum?

eſp. Commodatum eſt contractus, quo res i utenda traditur gratuito, ea lege, ut eadem ecie reſtituatur uſu finito.

Quomodo differt à mutuo?

eſp. Mutuum conſiſtit in rebus quæ uſu conuntur, commodatum vero in rebus quæ non conſumuntur; *ſecundo*, in mutuo transr dominium, in commodato non; *tertio*, culum rei mutuatitiæ pertinet ad mutuata-, at periculum rei commodatæ pertinet ad modantem, ſi ſine dolo & culpa commoda-res perierit.

Quid eſt dolus?

ſp. Dolus eſt omnis fallacia ad circumvedum alterum adhibita.

Quid eſt culpa?

ſp. Culpa eſt quælibet omiſſio diligentiæ æ in rebus alienis.

Quot ſunt ſpecies ſive gradus culpæ?

ſp. Tres; vel enim eſt culpa lata, vel *levis*, *viſſima*.

Quæ eſt culpa lata?

ſp. Quando quis illud non facit, quod es homines ſolent facere; vel id facit, quod facit.

Quænam eſt culpa levis?

ſp. Cum quis id non facit, quod homines ocriter diligentes facere ſolent.

Quænam eſt culpa leviſſima?

I *Reſp.*

Reſp. Cum quis id non facit, quod hom diligentiſſimi ſolent facere.

Si quæratur in contractibus quæ culpa præſt ſit, qua regula id dijudicare debemus?

Reſp. Hæ regulæ notandæ ſunt. *Primo,* in omni contractu præſtatur *dolus,* in nullo ro contractu *caſus fortuitus* : *ſecundo,* qu dantis tantum gratia contractus celebratur, ſtanda eſt præter *dolum culpa lata,* quæ dol proxima; ſi utriuſque gratia, præter *dolum lata & levis*; ſi vero accipientis tantum, pr *dolum* præſtanda eſt *omnis culpa,* id eſt, *lat vis, & leviſſima. l.* 5. §. 2. *ff. comm. l.* 23. *reg. jur.*

Quid ſunt caſus fortuiti?

Reſp. Qui humana induſtria vel prævi vel arceri non poſſunt.

Quænam ergo culpa præſtanda eſt in com modato?

Reſp. In commodato præter *dolum* præ da eſt *omnis culpa,* non vero *caſus fortuiti* ſuperiori regula; quia commodatum celeb gratia accipientis. §. 2. *h. t.*

Quomodo commodatum diſtinguitur à loc tione & conductione?

Reſp. Commodatum eſt gratuitum, in tione vero & conductione præſtanda eſt merces.

Quænam actio naſcitur ex commodato?

Reſp. Duplex; actio commodati *direct* & *contraria.*

Cui datur actio commodati directa & cont quem?

Reſp.

Reſp. Actio commodati recta datur commo-
nti, contra commodatarium.

Ad quid?

Reſp. Ut rem commodatam finito uſu reſti-
t non deteriorem.

Cui datur actio commodati contraria?

Reſp. Commodatario contra commodantem.

Ad quid?

Reſp. Ut commodatarium ſinat re uti, ut re-
iat impenſas, & ſi quid damni commodata-
ſenſerit.

Quæ eſt tertia ſpecies contractuum realium?

Reſp. Depoſitum.

Quid eſt depoſitum?

Reſp. Depoſitum eſt contractus, quo gratuito
aliqua cuſtodienda datur, ut eadem reſtitua-
quandocunque repetenti. §. 3. *h. tit.*

Quænam actio naſcitur ex depoſito?

Reſp. Duplex; actio depoſiti *directa*, & *con-
ria.*

Cui, & adverſus quem datur actio directa?

eſp. Deponenti contra depoſitarium.

Ad quid?

eſp. Ad rem depoſitam quandocunque re-
ti endam non deterioratam.

Quam culpam præſtat depoſitarius?

eſp. Tantum *dolum* & *latam culpam*, quia in
de onentis gratiam fit.

*Cui, adverſus quem, & ad quid datur
actio contraria?*

eſp. Datur depoſitario contra deponentem,
pe quam accipit depoſitarius impenſas in re de-

poſita aſſervanda factas, ne officium gratis ſceptum damnoſum ei ſit *l. 7. ff. teſt. quem. aper.*

Quænam eſt ultima ſpecies contractuum realium

Reſp. Pignus.

Quid eſt pignus?

Reſp. Pignus eſt contractus realis, quo s in ſecuritatem creditori traditur.

Cujus gratia pignus contrahitur?

Reſp. Utriuſque, tam in gratiam credito quam debitoris.

Quænam eſt utilitas creditoris?

Reſp. Ut res ei ſit in tuto.

Quænam debitoris?

Reſp. Quo facilius ei pecunia credatur.

Quænam ergo præſtanda in hoc contractu?

Reſp. *Dolus, lata* & *levis* culpa, non aut *leviſſima*; quia hic contractus utriuſque gra celebratur.

Si pignus caſu fortuito perierit, cui perit?

Reſp. Suo domino, hoc eſt, debitori.

Quænam actio ex hoc contractu naſcitur?

Reſp. Duplex; actio pignoratitia *directa*, *contraria*.

Cui, adverſus quem, & ad quid datur actio directa?

Reſp. Debitori adverſus creditorem, ad re tuendum pignus non deterioratum, ſoluto deb una cum fructibus.

Cui, adverſus quem, & ad quid datur actio contraria?

Rp.

Reſp. Creditori contra debitorem, ad reſtitu- das impenſas in rem pignoratam factas.

AD TIT. XVI.

De Verborum Obligationibus.

Hactenus de contractibus, qui *re* perficiuntur, diximus, ſequitur *verborum obligatio* ; *quomodo ergo fit obligatio verbis* ?

ſp. PER ſtipulationem.

Quid eſt ſtipulatio ?

Reſp. Contractus qui fit præcedente interro- ione, & eam ſubſecuta congrua reſponſione.

Quænam actio naſcitur ex hoc contractu ?

Reſp. Duæ inde naſcuntur actiones ; *condi- certi* ſi certa ſit ſtipulatio, & *actio ex ſtipu-* ſi incerta ſit. *pr. h. tit.*

An in hac obligatione requiruntur ſolennia verba ?

Reſp. Olim requirebantur, hodie vero con- itione *Leonina* omnis ſolennitas verborum ata eſt ; nec refert qua lingua fiat interroga- & reſponſio, modo contrahentes ſe invicem lligant. §. 1. *h. tit.*

Quomodo dividitur ſtipulatio ?

Reſp. Dupliciter ; vel ratione *modi*, vel ra- e *materiæ*.

Quot modis fit ſtipulatio ?

Reſp. Tribus ; aut *pure*, aut *in diem*, aut *ſub* *itione*.

Quænam eſt ſtipulatio pura ?

Reſp. Quæ neque in diem, neque ſub condi-

tione fit, ſed ex qua ſtatim oritur obligatio & actio.

Atqui in §. ult. infr. de inut. ſtip. *dicitur q*[illegible] *ex tali ſtipulatione non poteris continuo* [illegible]*gere?*

Reſp. Hoc non intelligendum de actione [illegible]ta, ſed de exercitio actionis.

Quæ eſt ſtipulatio in diem?

Reſp. Cum ſtipulatio fit adjecto die, quo [illegible]cunia ſolvatur.

Quis eſt effectus hujus obligationis?

Reſp. Id quod in diem ſtipulamur ſtatim [illegible]dem debetur, ſed peti priuſquam dies venit non poteſt. §. 2. *h. tit.*

Quomodo hoc explicant ICti?

Reſp. Notandum ex *l.* 213. *ff. de verb.* [illegible] Aliud eſſe *diem cedere*, aliud *diem venire*: [illegible] *cedere* dicitur cum incipit deberi pecunia; [illegible] autem *venire*, cum incipit poſſe peti.

Applica jam hanc regulam ad has omnes ſtipulationis ſpecies?

Reſp. Cum ſtipulatio eſt *pura*, dies ſtatim [illegible]*dit* & ſtatim *venit*; quia ſtatim debetur, & [illegible]tim peti poteſt.

Cum autem ſtipulatio eſt in *diem* ſtatim [illegible] *cedit*, ſed non ſtatim *venit*; id eſt ſtatim qui[illegible] debetur, ſed ante diem de qua convenit [illegible] non poteſt.

Cum autem ſtipulatio eſt *conditionalis*, [illegible] neque *cedit* neque *venit* ante conditionem [illegible]ſtentem; ſed cum impletur conditio tunc [illegible]cipit deberi, & incipit peti poſſe.

An omnis ſtipulatio cui dies adjicitur eſt in diem?

Reſp.

eſp. Quod non, ſed illa ſola quæ fit adjecto quo pecunia ſolvatur; nam ſi dies adjicia- obligationis vel *multiplicandæ*, vel *demon- ndæ* gratia, non eſt *obligatio in diem*, ſed *a.*

Quid ergo cenſes de hac ſtipulatione, decem aureos annuos quoad vivam dare ſpondes?

eſp. Hæc annua ſtipulatio eſt *pura*, quia non adjicitur *differendæ* ſed *multiplicandæ* gationis gratia; atque ita in principiis ſin- rum annorum poteſt peti, nec exſpectari et lapſus totius anni. §. 3. *h. t.*

Quæ eſt conditionalis ſtipulatio?

eſp. Sub conditione ſtipulatio fit cum in ali- n caſum differtur obligatio; ut *ſi navis ex venerit decem dare ſpondes?*

Quid debetur in hac ſtipulatione?

eſp. Non poteſt dici certi quid deberi, ſed n ſpes eſt debitum iri; & ea ſpes in here- tranſmittitur, ſi priuſquam conditio extet, s nobis contigerit. §. 4. *h. tit.*

An non etiam tacite aliquando dies obliga- tioni adjecta intelligitur?

eſp. Si loca fuerint adjecta ſtipulationi, ut *hagini dare ſpondes?* hæc ſtipulatio licet fieri videatur, tamen re ipſa tempus habet tum, quo promiſſor utatur ad pecuniam *hagini* dandam.

Quid juris eſt in conditione de præſenti & de præterito?

eſp. Conditio falſa de præterito vel de præ- ſtatim infirmat obligationem, E. G. *ſi Ti- onſul fuit*, vel *ſi Mævius vivit dare ſpondes?*

Cum *Titius* non fuerit *conſul* nec *Mævius viv*. Conditio vero de præſenti vel de præterito v[illegible] ſtatim efficacem reddit obligationem, E. G ſi *Titius conſul fuit*, vel, *ſi Mævius vivat dare ſpondes?* *Cum* & *Titius conſul* fuerit, & *Mævius vivat*. §. 6. *h. tit.*

Quænam eſt ſecunda ſtipulationum diviſio?

Reſp. Secunda diviſio ſtipulationum ſumi[tur] à materia: aut enim ſtipulamur aliquid d[ari], puta *decem*; aut ſtipulamur *aliquid fieri*, ut *[in]ſulam*; vel non fieri, veluti *ne promiſſor al[ius] tollat ædes ſuas*.

Quænam eſt inter has ſtipulationes differentia?

Reſp. Cum ſtipulamur rem nobis dari, [ip]ſa res debetur: cum autem ſtipulamur aliquid fi[eri] vel non fieri, tunc ſi ſtipulationi non ſatisfa[ci]t promiſſor, in id quod ſtipulantis intereſt c[on]demnatur. *l. ult. ff. de præt. ſtip.*

Quia autem difficilis probatio ejus quod intereſt, quid conſultius eſt in hac ſtipulat[io]ne agere?

Reſp. *Imp*. hoc loco ſuadet, ut hujuſm[odi] ſtipulationibus ſubjiciatur ſtipulatio pœna[e]; quia cum certa pœna promiſſa eſt, ea debe[tur], nec opus eſt probare id quod intereſt. §. *ult.* [illegible]

AD TIT. XVII.

De duobus Reis.

An tantum unus, vel etiam duo pluresve ſimul ſtipulari & promittere poſſunt?

Reſp. QUod non tantum unus, verum etia[m] duo pluresve ſimul ſtipulari & prom[it]te[re]

e poſſunt, qui vocantur *rei ſtipulandi* vel *pro-ttendi.*

Ut ſtipulandi rei fiant quot requiruntur?

Reſp. Duo : *primo*, ut ſit una & eadem res; *undo*, ut ex eadem cauſa, & ab eodem duobus l pluribus promittatur.

Qui ſunt ergo duo rei ſtipulandi?

Reſp. Sunt duo aut plures creditores, quibus gulis ſolidum debetur.

Qui ſunt duo rei promittendi?

Reſp. Sunt duo vel plures debitores, qui ſinli ſolidum debent.

Duo rei ſtipulandi quomodo conſtituuntur?

Reſp. Hoc modo: ſi poſt omnium interroionem promiſſor reſpondeat, *ſpondeo*, ut ta cum duobus ſeparatim ſtipulantibus ita proſſor reſpondeat, *utrique veſtrum dare ſpondeo*; oqui ſi prius *Titio ſpoſponderit*, deinde alii inroganti ſpondeat, alia atque alia erit obligatio.

Duo rei promittendi quomodo conſtituuntur?

Reſp. Hoc modo; *Mævî decem aureos dare ndes? & Seî eoſdem decem aureos dare ſpon-*? ſi ſinguli ſeparatim reſpondeant, *ſpondeo*, nt duo rei promittendi. *pr. h. tit.*

Quis eſt effectus hujus ſtipulationis?

Reſp. Hic eſt, ut quilibet ex duobus reis ſtilandi ſolidum exigere poſſit & promittentes guli in ſolidum teneantur; ita tamen ut ſi us exegerit obligatio ſit perempta : ex duobus o reis promittendi quilibet teneatur in ſolin, & ſi unus ſolverit obligatio ſit perempta. 1. *h. tit.*

Licetne hodie unum ex duobus reis promittendi convenire in ſolidum?

Reſp. Non; ſed habet beneficium diviſion in hoc, ut tantum in partem virilem conveni tur. *Nov.* 99. *cap.* 1.

Poteſtne ex duobus reis promittendi alter p re, alter in diem vel ſub conditione ob gari?

Reſp. Poteſt. §. *ult. h. tit.*

AD TIT. XVIII.

De ſtipulatione Servorum.

Cum ſtipulatio ſit juris civilis, quæritur an ſe vus ſtipulari poſſit, cum non ſit capax eor quæ ſunt juris civilis?

Reſp. SErvum habere jus ſtipulandi non ex *ſi,* ſed ex *domini perſona*; quemadm dum ex domini perſona habet, ut ex teſtame to capere poſſit.

Cui ſervus ſtipulando acquirit?

Reſp. *Imp.* ſic diſtinguit; aut eſt ſervus uni, aut eſt ſervus communis.

Quid juris in ſervo hereditario?

Reſp. Servus hereditarius acquirit heredit, ac per hoc & heredi poſtea facto.

Quid juris in ſervo unius?

Reſp. Servus unius domino ſuo acquirit. §. 1. *h.*

Quid dicendum cum factum in ſtipulatione verſatur?

Reſp. Cum factum in ſtipulatione continet, perſonam non egreditur, cum facta ſint per nalia. E. Gr. ſi ſervus ſtipuletur, ut *ſibi ire lic per fundum vicini, dominus* non poterit per e

fund

lum ire, ſed poterit ſervum ſuum mittere. *. h. tit.*

Quid ſi ſervus communis acquirat?

eſp. Servus communis ſtipulando ſingulis ɿinis ſuis acquirit pro dominii portione, ita ɩlus acquirat ei, qui majorem partem in ſervo et. §. *ult. h. t.*

;xcipitur, niſi juſſu unius domini ſtipuletur. Niſi nominatim uni domino ſtipuletur. Niſi alteri domino acquiri non poſſit.

AD TIT. XIX.

De diviſione Stipulationum.

Quomodo ſtipulationes dividuntur ratione cauſæ?

p. STipulationum aliæ ſunt *judiciales*, aliæ *prætoriæ*, aliæ *conventionales*, aliæ *munes* tam *prætoriæ* quam *judiciales. pr. h. t.*

Quænam ſunt judiciales?

eſp. Quæ à mero judicis officio proficiſcun, ut *cautio de dolo.*

Quænam ſunt prætoriæ?

eſp. Quæ à mero prætoris officio proficiſcun, id eſt, quæ tantum juſſu *prætoris* fiunt, non u *judicis* nec libera voluntate; ut ſtipulatio *nni infecti, legatorum.*

Quænam ſunt conventionales?

Reſp. Conventionales ſunt, quæ ex conven ne utriuſque partis concipiuntur; hoc eſt, que juſſu *judicis*, neque juſſu *prætoris*, ſed ex ıventione contrahentium.

Quænam ſunt communes?

Reſp.

Reſp. Quæ à *prætore* & *judice* interponi p[…] ſunt, veluti *rem ſalvam fore pupillo*, & *de r*[…] *ſtipulatio*. §. *ult. h. t.*

AD TIT. XX.

De inutilibus Stipulationibus.

Quid eſt inutilis ſtipulatio?

Reſp. STipulatio inutilis eſt, quæ nullas hal[…] vires.

Quænam res poſſunt in ſtipulationem deduci?

Reſp. Omnes res, quæ ſunt in commercio, t[…] mobiles quam immobiles, in ſtipulationem […] dunt, etiam res incorporales ut ſervitutes; id[…] recte *Imp.* ait in *pr. hujus tit.* omnis res quæ […] minio noſtro ſubjicitur.

Quot modis ſtipulatio fit inutilis?

Reſp. *Imp.* hic declarat per tredecim exe[…] pla modos, quibus ſtipulatio fit inutilis.

Quod eſt primum exemplum inutilis ſtipulationis?

Reſp. Si quis rem quæ in rerum natura n[…] eſt, aut eſſe non poteſt, dari ſtipulatus eſt: […] citur non eſſe, quod aliquando fuit, ut *Stic*[…] *qui mortuus eſt*; dicitur autem eſſe non po[…] quod nec eſt, nec fuit, nec erit: ut *chimæra, h*[…] *pocentaurus*. §. 1. *h. tit.*

Quod eſt ſecundum exemplum?

Reſp. Rei quæ non eſt in commercio; vel[…] ſi res ſit *ſacra*, aut *religioſa*, aut *ſancta*, aut *u*[…] *verſitatis*, aut *liber homo*.

Quid autem ſi poſtea fieret talis res profana?

Reſp. Tamen inutilis eſt ſtipulatio; item li[…]

ini[…]

io res utiliter in ſtipulationem deducta ſit, poſtea in eum caſum pervenit, à quo incie non poteſt, inutilis eſt ſtipulatio. §. 2. *h. t.*

Quod eſt tertium exemplum?

Reſp. Si quis alium daturum facturumve quid miſerit non obligatur, veluti ſi *ſpondeam Tin daturum decem*; ſed ſi promiſſor adjiciat *ſe cturum ut alter det*, valet obligatio. §. 3. *it.*

Quod eſt quartum exemplum?

Reſp. Si quis alii quam ei, cujus juri ſubjes eſt, ſtipuletur, nihil agit; ratio eſt quia obligationes unuſquiſque ſibi quod ſua inſt acquirit. §. 19. *h. tit.* Solutio autem ferri poteſt in extraneam perſonam hoc mo- *Titius ſibi aut Sempronio ſtipulatus eſt* à *Sti- decem*: quo caſu, obligatio quidem *Titio* uiritur, ſed ſolutio in perſonam *Sempronii* fertur. §. 4. *h. tit.*

Quid ſi quis ſibi & extraneo ſtipuletur?

Reſp. Utilis ſtipulatio eſt quoad ipſum ſtipuarem, quoad vero extraneam perſonam inui, & debetur ſtipulatori media pars ejus quod ipulationem eſt deductum; altera vero mepars inutiliter in ſtipulationem deducta erat, non licet ſtipulari extraneæ perſonæ. *verſ. d ſi quis. d.* §. 4.

Quod eſt quintum exemplum?

Reſp. Si quis ad ea, quæ interrogatus fuerit, reſpondeat; veluti, *promittis dare centum? nitto dare Taurum*, ſic *promittis mihi dare e? promitto ad Calendas Martias.* §. 5. *h. tit.*

Quod eſt ſextum exemplum?

Reſp. Si quis ſtipuletur ab eo cujus juri eſt ſubjectus,

ſubjectus, puta *ſervus à domino*, vel *filius à pa-tre*, vel vice verſa; perinde enim eſt ac ſi qs à ſe ipſo ſtipuletur. §. 6. *h. tit.*

Quod eſt ſeptimum exemplum?

Reſp. Hoc conſiſtit in *muto* & *ſurdo*; i omnino non loqui poſſint neque audire, i non recte ſtipulantur nec promittunt, quia c is qui ſtipulatur verba promittentis, & is i promittit verba ſtipulantis audire debet. §. *h. tit.*

Quod eſt octavum exemplum?

Reſp. Eſt in *furioſo*; nam cum hic null negotium recte gerere poſſit, nec recte ſti-lari poterit. §. 8. *h. tit.*

Quod eſt nonum exemplum?

Reſp. Eſt pupilli ſine interventu tutoris, c pupillus ſine tutore promittens non obliga §. 9. *h. tit.*

Quod eſt decimum exemplum?

Reſp. Si impoſſibilis conditio obligationi adjiciatur, non valet ſtipulatio, cum impoſſi-lis conditio contractibus adjecta eos vitiet, cus in teſtamentis. §. 10. *ſupr. de hered.* impoſſibilis conditio eſt, cui natura, aut lex, boni mores adverſantur. §. 11. *h. tit.*

Quod eſt undecimum exemplum?

Reſp. Inutilis etiam eſt verborum obligo, quæ concepta eſt inter *abſentes*; ratio eſt, ſtipulatio verbis contrahitur, verba autem præſentium. §. 12. *h. tit.*

Quid enim ſi in inſtrumento ſcriptum ſit ſti-lationem inter præſentes factam eſſe, & teruter contrahentium aſſerat ſe fuiſſe ſentem?

Rp.

[R]eſp. *Imp.* fidem haberi inſtrumento, niſi [c]ontrarium probetur per aliam firmiorem ſcri[p]turam, vel per plures duobus teſtibus; quia [inſtr]umentum, contra quod probatur, habet vim [du]orum teſtium. *l.* 15. *C. de fid. inſtr.*

Licetne ſtipulari poſt mortem ſtipulatoris, vel promiſſoris?

[R]eſp. Olim non licebat, verum hodie valet [ta]lis ſtipulatio. §. 13. *h. tit.*

An præpoſtera ſtipulatio valet?

[R]eſp. Olim non valebat, verum hodie va[let]; eſt autem præpoſtera ſtipulatio quando [prius] obligatio naſcitur, quam conditio implea[tur]: veluti, *ſi navis cras ex Aſia venerit hodie [da]s?* ubi promittens promittit ſe ante daturum, [qua]m conditio exiſtit. §. 14. *h. tit.*

[A]n valet ſtipulatio collata in tempus mortis?

[R]eſp. Valet; nimirum, ſi promittatur tunc [dari] cum ſtipulator morietur, vel cum promiſ[ſor] morietur. §. 15. *h. tit.*

An valet ſtipulatio collata in tempus quo tertius mortuus erit?

[R]eſp. Ea ſtipulatio valet, veluti *poſt mortem [Titii] dabis mihi centum.* §. 16. *h. tit.*

[Si] in inſtrumento ſcriptum ſit aliquem promiſiſſe, & nulla fiat mentio præcedentis interrogationis, an hoc valeat?

[R]eſp. Valet; nam præſumitur promiſſio recte [fact]a, ita ut credamus interrogationem præceſ[ſiſſe], quamdiu contrarium non probetur. §. 17. [h.] *t.*

Si plures res una ſtipulatione comprehenduntur, quid juris?

Reſp.

Reſp. Hoc: ſi promiſſor ad plures res in ſtipulationem deductas reſpondeat, *promitto* ad omnes tenetur; ſi vero in ſpecie ad quaſdam reſpondeat, tenetur duntaxat ad promiſſa in ſpecie. §. 18. *h.*

An plane alteri ſtipulari non poſſumus?

Reſp. Non: inventæ enim hujuſmodi ſtipulationes & obligationes ad hoc, ut unuſquiſque acquirat ſibi quod ſua intereſt, at ſi alii detur, nihil intereſt ſtipulatoris; plane ſi quis velit hoc facere, pœnam adjiciat, exempli gratia, *Stichum Titio dabis*? nam hæc ſtipulatio non valet. §. 3. *h. tit.* quare ſi volumus promiſſorem cogere aliquo modo ut *Stichum Titio det*, addere debemus ſtipulationem pœnalem, hoc modo, *niſi Stichum Titio dederis, centum aureos pœnæ nomine nobis dabis*? tum enim niſi dederit promiſſor *Titio Stichum*, pœnam ab eo exigere poterimus. §. 19. *h. tit.*

An plane extraneo non potes ſtipulari niſi adjecta pœna?

Reſp. Poſſum: nempe, ſi mea interſit; idque declarat *Imp.* tribus exemplis:

Primum exemplum eſt, cum tutor qui tutelam non adminiſtrat à contutore ſuo adminiſtrante ſtipulatur, rem pupilli ſalvam fore; quia cum etiam tutor, qui non adminiſtrat, pupillo teneatur actione tutelæ, certe ejus intereſt rem pupilli ſalvam fore. §. 20. *verſ. nam ſi is. h. tit.*

Secundum exemplum eſt, cum aliquis ſtipulatur procuratori ſuo dari; ſtipulantis enim intereſt, quia rem à procuratore per actionem mandati accipere poterit. *verſ. ergo. eod.* §.

Tertium exemplum eſt, cum aliquis ſtipulatur creditori ſuo dari; finge *me debere Titio fundum Tuſculanum, & pœnam ei promiſiſſe, ſi efficem*

erem ut eum fundum intra menſem poſſideret: te igitur à poſſeſſore ſtipulor, ut *eum fun- creditori meo tradat*, ne in dictam pœnam dam; rurſus finge *me debere Titio centum*, ne prædia mea pignoraſſe, ita ut, niſi intra nſem ei ſatisfaciam, ea prædia diſtrahere ſit, recte igitur ſtipulor à *Sempronio ut ea um Titio ſolvat*, ne prædia mea diſtrahan- & ex hac ſtipulatione, non *Titio*, ſed *mihi* ur actio contra *Sempronium. l. cum res*. 22. *de donat. verſ. etſi*. § 20. *h. tit.*

An qui alium daturum facturumve promiſit tenetur?

Reſp. Quod non, niſi pœnam promiſerit, hoc do, *promittis Titium mihi facturum inſulam? mitto*, niſi *Titius mihi inſulam fecerit centum æ nomine dabis? dabo*; & hoc caſu valet ſti- tio pœnalis, atque ex ea poteſt agi non ex ulatione principali. §. 21. *h. tit.*

Quod eſt duodecimum exemplum ſtipulationis vitioſæ?

Reſp. Eſt cum ſtipulatio confertur in eum im, quo res ſtipulantis propria futura eſt; iti, *dabis mihi Stichum ſi à domino mihi le- us fuerit?* hæc ſtipulátio non valet; *quod n noſtrum eſt, amplius noſtrum fieri non poteſt.* 2. *h. tit.*

An error ſtipulationem non vitiat?

Reſp. Quod error in re ſtipulationem vitiat; ſtipulatio, ut & omnes alii contractus, con- ſum requirit, nihil autem eſt tam contrarium ſenſui quam error: quocirca ſi *Stichum* à te uler, tu *Stichum* mihi promittas, exiſtimans de alio *Sticho* loqui quam revera loquar, ulatio non valet; quia non ſufficit conſen- ſus

ſus in nomen, ſed oportet contrahentes co-ſentire in eandem rem. §. 23. *h. tit.*

Ergo *error* in corpore ſtipulationem viti*at*; *error* autem *in ſola* corporis promiſſi *materia*, *&* *forma* ſtipulationem non vitiat.

Quod eſt decimum tertium & ultimum exemplum ſtipulationis inutilis?

Reſp. Rei turpis; ut *centum dabo, ſi hominem occideris.* §. 24. *h. tit.*

Quid ſi pendente conditione ſtipulationis, moriatur ſtipulator vel promiſſor, an ſtipulatio exſtinguitur?

Reſp. Quod non; ſed heres ſtipulatoris *t*e promiſſorem, aut ejus heredem convenire *po*terit. §. 25. *h. tit.*

Quando ex ſtipulatione in diem agi poteſt?

Reſp. Ex ſtipulatione in diem ſtipulator agere non poteſt, niſi poſtquam ea dies præterit: exempli gratia, *Si mihi promiſiſti te daturum decem Cal. Martiis*, non poſſum ipſis *Calendis Martiis* contra te agere, quia tota illa dies ad ſolvendum tibi conceditur; nec poſſum conqueri quaſi *Calendis Martiis* non ſolveris, priuſquam eæ effluxerunt. §. *Omnis.* 2. *ſupr. de verb. obl.* §. 26. *h. tit.*

Quando ex ſtipulatione pura agi poteſt?

Reſp. Ex ſtipulatione pura non prius agi poteſt, quam tantum temporis præterierit, quo rei traditio fieri potuerit. §. *ult. h. tit.* hoc autem tempus definiendum eſt arbitrio judicis. *arg.* *l.* 1. §. *ult. ff. de jur. delib.*

AD TIT. XXI.

De Fidejuſſoribus.

[S]Tipulatio alia eſt *principalis*, alia *acceſſoria*, ut *fidejuſſoris*: quia ergo hactenus diximus [de] ſtipulatione *principali*, reſtat ut aliquid di[c]amus de ſtipulatione *fidejuſſoria*; quia *fidejuſſor* [a]l[io] modo, quam per *ſtipulationem*, obligari non [p]oteſt.

Quid eſt fidejuſſor?

[R]*eſp.* Fidejuſſor eſt *qui ad alienam obligatio[nem] per vinculum ſtipulationis accedit*, & quaſi [ju]bet aliis tuto credi.

[D]iffert autem *fidejuſſor* ab eo qui *conſtituit*, [man]*datore*, & *expromiſſore*.

[Q]uomodo fidejuſſor differt ab eo qui conſtituit?

[R]*eſp.* Is qui *conſtituit* vel ſuum vel alienum [debi]tum conſtituit, & tantummodo pacto: [fidej]*uſſor* vero accedit ſemper ad alienam obligati[o]nem, & quidem per ſtipulationem; *fide[juſſi]o* eſt juris civilis, *conſtitutum* ex jure præ[tori]o.

Quomodo à mandatore?

[R]eſp. *Mandator* ille eſt, qui ſuo nomine ſe [obli]gat ex conſenſu, & præcedit obligationem [prin]cipalem; *fidejuſſor* vero acceſſorie tantum [obli]gatur per ſtipulationem, & præcedere & [ſeq]ui principalem obligationem poteſt. §. 3. [h. ti]t.

Quomodo ab expromiſſore?

[R]eſp. *Expromiſſor* eſt proprie, qui ex ſuis bo[nis] aliquid promittit, ita ut ſolus obligetur, reo [pri]ncipali non obligato: *fidejuſſor* autem ita obligatur,

ligatur, ut nihilominus reus principalis obligatus remaneat.

Sunt igitur in omni *fidejuſſione* tres perſonæ: *perſona debitoris principalis*, pro quo fidejubetur; *perſona creditoris*, apud quem fidejubetur; & ipſe *fidejuſsor*.

Item ſunt tres obligationes: *prima eſt obligatio principalis*, qua debitor tenetur creditori; *ſecunda eſt acceſsoria*, qua fidejuſſor obligatur creditori; & *tertia eſt*, qua debitor principalis tenetur fidejuſſori.

Hinc poſſumus commode *hunc tit.* dividere *in quatuor partes*: in *prima* agitur de obligatione principali; in *ſecunda* de obligatione acceſſoria; in *tertia* de obligatione, qua reus principalis tenetur fidejuſſori; & in *quarta* de acceſſionibus fidejuſſionis.

In prima parte quæritur

Primo, *Cur fidejuſſor accipiatur?*

Reſp. *Hic in pr.* ut diligentius creditoribus ſit cautum; id eſt, ut ſi forte debitores non ſint ſolvendo, exigi poſſit à fidejuſſoribus.

Secundo, *Quibus obligationibus poſſit accedere fidejuſſor?*

Reſp. Omnibus obligationibus; ſive *re*, ſive *verbis*, ſive *literis*, ſive *conſenſu* ſint contractæ: nec refert utrum obligatio *civilis* ſit, an vero *naturalis*. §. 1. *h. tit.*

Tertio, *Poſſitne etiam accedere obligationi ex delicto?*

Reſp. Poteſt, ſi agatur de delicto *civiliter* ad pœnam pecuniariam applicandam parti, vel *criminaliter* ad mulctam pecuniariam applicandam fiſco; non vero ſi agatur *criminaliter* ad pœnam corporis afflictivam; quia *nemo membrorum ſuorum eſt dominus*.

ſecunda parte agitur de obligatione *fide-juſ-*, in qua quæritur

imo, *An morte fidejuſſoris obligatio fide-juſſoria extinguatur?*

ſp. Non, ſed tranſit in heredem fidejuſſo-. 2. *h. tit.*

cundo, *An fidejuſſor promittat ante, an poſt reum principalem?*

ſp. Fidejuſſor & præcedere & ſequi obli-nem principalem poteſt. §. 3. *h. tit.* quod n eſt quoad actum obligandi, non quoad um obligationis.

rtio, *Si multi fidejuſſores pro eodem debi-tore principali fidejuſſerint, an omnes obli-gentur in ſolidum?*

ſp. Singulos fidejuſſores in ſolidum teneri jure, ſed habere exceptionem ex *Epiſtola driani*, per quam cogunt creditorem *Actio-*ſuam *dividere*, & ſingulos fidejuſſores pro us convenire, dummodo omnes fidejuſſo-mpore *litis conteſtatæ* ſint ſolvendo: quod ejuſſor in ſolidum conventus, omittat *be-m dictæ Epiſtolæ*, in ſolidum condemna- nec poterit partem à confidejuſſoribus re-e; ſibi enim imputare debet, quod benefi-ſpreverit, quo juvari potuiſſet. §. 4. *h. tit.*

arto, *In quantum fidejuſſores poſſint obli-gari?*

ſp. Eos non poſſe in duriorem conditio- obligari; nam eorum obligatio eſt *acceſ-*ncipalis obligationis, nec *plus in acceſſione eſſe quam in re principali*: at in minorem am, & leviorem conditionem obligari poſ- §. 5. *h. tit.*

Tertia

Tertia pars eſt de obligatione, qua reus pr-
cipalis obligatur fidejuſſori, ubi quæritur

Fidejuſſor ſolvens pro reo, qua actione quod ſolvit recuperet?

Reſp. Si pro eo, qui præſens eſt, fidejuſſ[illegible] ſolvit, habet actionem *mandati* contrariam. [illegible] *h. tit.* ſi vero pro abſente fidejuſſit, habet a[illegible] nem *negotiorum geſtorum.* excipe niſi pro in[illegible] & donandi animo fidejuſſerit: hoc caſu nu[illegible] habet contra reum actionem.

In quarta parte agitur de iis, quæ fideju[illegible] accedunt, ubi

Primo quæritur, *An quacunque lingua fi[illegible] juſſio fieri poſſit?*

Reſp. Quod fidejuſſio omni lingua fier[illegible] teſt; non ſolum *Latina*, verum etiam *Gr[illegible]* §. 7. *h. tit.*

Secundo quæritur, *Si in inſtrumento ſcri[illegible] ſit aliquem fidejuſſiſſe, an per illud inſtru[illegible] tum ſufficienter probetur obligatio fi[illegible] ſoris?*

Dubitandi cauſa erat, quia fidejuſſor non [illegible] gatur, niſi interrogatio præcedat, & reſp[illegible] congrua ſequatur, ut contingit in omnibu[illegible] pulationibus.

Reſp. Cum ſcriptum ſit aliquem *fidejuſ[illegible] omnia præſumi ſolenniter acta*; id eſt, præ[illegible] eum recte fidejuſſiſſe, ita ut actus valeat & [illegible] juſſor obligetur; quia pro omni inſtrument[illegible] plex eſt *præſumptio*, una *veritatis*, quod om[illegible] quæ eo inſtrumento continentur, ſunt ver[illegible] *item.* 12. *ſupr. de inutil. ſtip.* altera *ſolenni[illegible]* quod omnia, quæ eo continentur, ſunt ſole[illegible] §. *ult. h. tit.*

AD TIT. XXII.

De Literarum Obligationibus.

EXpoſitis contractibus qui *re*, aut *verbis* perficiuntur, conſequenter explicatur *litera-obligatio*. *h. tit.*

Quid eſt literarum obligatio?

eſp. Eſt *cautio literis conſcripta, quam quis t creditori ſuo ſub ſpe futuræ numerationis, quæ en poſtea ſecuta non eſt.*

In hæc cautio, ſpe futuræ numerationis emiſſa, ea non ſecuta, obligat?

eſp. Non omnino; quamvis enim qui eam ſit ad præſtationem poſſit conveniri, tamen ans eam pecuniam non numeratam, poteſt efendere per *exceptionem non numeratæ pe-æ.*

itra quod tempus hæc exceptio eſt proponenda?

eſp. Olim opponebatur intra *quinquennium*, m hodie ex conſtitutione Juſtiniani oppoda eſt intra *biennium*; & ſi debitor hoc fe-, non ſolum liberatur, verum etiam tranſomne *onus probandi* in ipſum *creditorem*; hæc *exceptio* ſit *privilegiata*.

uid ſi hoc tempus biennii debitor elabi patiatur, an omnino ſolvere cogendus eſt, an vero poteſt opponere exceptionem, ſuſcepto in ſe probationis onere?

eſp. Quamvis plurimi diſſentiant, mihi vevidetur, hanc exceptionem non *numeratæ niæ* quandocunque proponi poſſe, ſi debitor

tor velit in ſe ſuſcipere onus probandi, ſe n accepiſſe pecuniam: quod vero de *biennio* ſtatuitur, ſic accipiendum, ut *infra bienn oppoſita exceptione* neceſſitas probandi incum actori, poſt *biennium* vero transferatur in reu quod & *praxi* & *moribus noſtris* conſentane eſt.

AD TIT. XXIII.

De Obligationibus ex Conſenſu.

ULtimum contractuum genus eſt eorum, *nudo conſenſu* perficiuntur, cujus ſpe ſunt *quatuor*: *emptio venditio*, *locatio con ctio*, *ſocietas*, *mandatum*.

Cur hi dicuntur conſenſu iniri?

Reſp. Quia neque *ſcriptura*, neque *præſe* omnimodo opus eſt; at nec *dari* quicquam ceſſe eſt, ut *ſubſtantiam* capiat *obligatio*, ſed ficit eos, qui negotia gerunt, *conſentire*: unde ter *abſentes* quoque talia negotia recte ge tur, veluti per *epiſtolam*, vel per *nuntium*.

Cujuſmodi ſunt hi contractus?

Reſp. Omnes ſunt *bonæ fidei*: quia in iis ſolum præſtandum venit, quod à partibus c trahentibus dictum eſt; verum etiam quod *turalis æquitas* ſuadet, quamvis *verbis* co hentium id non ſit expreſſum.

AD TIT. XXIV.

De Emptione & Venditione.

PRimus contractus, qui ſolo conſenſu per tur, eſt *emptio venditio*.

Quid eſt emptio venditio?

eſp. Emptio venditio eſt, *contractus conſen-itus, quo merx cum pretio commutatur*; *merx* tantum accipitur pro *corpore*, ſed etiam pro *l.* 8. §. 1. *ff. de contr. empt.*

Quæ ſunt ſubſtantialia hujus contractus?

eſp. Tria; nempe à parte venditoris *merx*, rte emptoris *pretium*, à parte utriuſque *con-s*: ſi aliquid horum defuerit, emptio non t; itaque *Imp.* hic *in pr.* declarat *tria* requi-ubſtantialia ut *emptio* valeat.

Quod eſt primum requiſitum?

eſp. Primum requiſitum eſt, *conventio de pre-* ubi *Imp.* proponit *duas regulas.*

Quænam eſt prima regula?

ſp. Prima regula eſt: ſolus conſenſus de o ſufficit ad perficiendam emptionem & itionem; nam, *inquit Imp. venditionem i ſolo conſenſu, quamvis nec pretium ſit nume-n, nec arrha eo nomine data*; quia vendi-qui poteſt fidem emptoris. §. 41. *ſupr. de ivis.*

Quid ſi emptio in ſcriptis contrahatur?

ſp. Tunc ſolus conſenſus non perficit hunc actum, verum contractus non dicitur *per-*, antequam *ſcriptura* omnino ſit *perfecta*; tamdiu pœnitentiæ locus eſt, & à contra-npune recedere licet: ſi tamen *arrhæ* in-nerint, tum ſi recedere velit is, qui dedit, nittit; ſin autem qui accepit, *eas duplicatas* re tenetur. & hoc obtinet etiam in *emptio-e ſcriptura. verſ. ita tamen. hic in pr.*

mptio modo perficitur ſolo conſenſu, *modo* per ſcripturam, *qui fit, ut hic contractus ſim-*

 pliciter

pliciter referatur inter eos, qui ſolo c
ſenſu *perficiuntur, non etiam referatur*
obligationem literarum?

Reſp. In dirigendis contractuum gener
ſpectari eorum naturam, quam per ſe haber
jure, non formam, quam accipiunt *ex pactis*
trahentium; *emptio* igitur & *venditio*, ſecun
ſuam naturam, ſemper ſolo conſenſu perfici
tunc autem requiritur *ſcriptura*, cum pacti
contrahentes, ut in ſcriptis contraheretur.

Quænam eſt ſecunda regula?

Reſp. Secunda regula eſt, *emptio & vendi*
ſine conventione de pretio non conſiſtit; hinc
paret nexus neceſſarius inter emptione &
conſenſum de pretio, ita ut ab uno ad alte
tam affirmative, quam negative argumenta
ceat. *verſ. pretium. in fin. pr. h. tit.*

Quod eſt ſecundum requiſitum?

Reſp. Secundum requiſitum eſt, ut *pr*
ſit certum; nam ſi pretium ſit incertum,
vendo tibi domum eo pretio, de quo inter nos
ea convenerit, non eſt *emptio & venditio*, ſe
tractus innominatus. §. 1. *in pr. h. tit.*

An emptio venditio conſiſtit, ſi æſtimatio p-
tii in arbitrium tertiæ perſonæ conferatur

Reſp. Contractum conſiſtere, & eſſe c
tionalem, ita ut *ſi Titius rem æſtimet*, ve
tanquam impleta conditione valeat; ſi ver
tius pretium non definiat, venditio propter
ditionis defectum non valeat. *hic. verſ. a*
& verſ. ſed noſtra.

Ex hoc contractu quot naſcuntur action?

Reſp. Duæ: quarum altera dicitur *ex e*
& datur *emptori* adverſus *venditorem*;

ex *vendito*, & datur *venditori* adverſus *torem. hic. verſ. tunc omnimodo.*

d quid ſi Titius iniquum pretium dixerit, an reduci poteſt hæc æſtimatio ad arbitrium boni viri?

eſp. Quod non; ſed *omnino* dictæ æſtima- ſtandum. *d. verſ. tunc omnimodo.* niſi læ- uerit immodica ſupra dimidium juſti pretii, enim emptio poteſt reſcindi beneficio *l. 2. e reſc. vend.*

tque hæc de *ſecundo requiſito.*

Quod eſt tertium requiſitum?

eſp. Tertium requiſitum eſt, *ut pretium con- in numerata pecunia*: nam ſi in aliis rebus iſtat *pretium*, non erit *emptio* ſed *permuta-* puta *ſi ego tibi togam do, ut mihi des tuni-* Nam ita non poteſt diſtingui *prètium* à , neque *emptor* à *venditore*; quod tamen *nptione* eſt neceſſarium, ne confundatur *io & venditio* cum *permutatione.* §. 2. *h.* Hinc naſcuntur aliquot differentiæ inter *ionem* & *permutationem*; quarum *prima* eſt, emptio ſolo conſenſu obligationem parit, utationis conventio non niſi re ſecuta. *l.* 1. *e rer. permut. Secunda*, quod in permuta- locus eſt pœnitentiæ, in emptione non cus pœnitentiæ. *Tertia* emptio venditiò ontractus nominatus, permutatio vero eſt actus innominatus. Atque hactenus *tria ſita.*

nptione perfecta, ad quem ſpectat periculum rei venditæ, ad emptorem, an vero ad ven- ditorem?

ſp. Periculum rei venditæ etiam ante tra- nem ad *emptorem* ſpectat, modo ſcil. *ven-*

ditor periculum in ſe non ſuſceperit, vel *v*
ditor in mora vel culpa non fuerit; adeo
emptor, quamvis rem non fuerit nactus, o
gatur pretium ſolvere. §. 3. *h. tit. in pr.*

Ratio autem eſt elegans, *quia omne com*
dum rei ad emptorem pertinet. eod. §. *verſ.*
&c. & *ſecundum naturam eſt, commoda cuju*
rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda. l.
ff. de R. I.

Atqui ante traditionem non emptor, ſed v
tor eſt dominus, ut dicitur in fine huj §
verſ. quia ſane. *ergo venditori, non em*
res perire debet, quia res domino perir
citur. l. pignus. C. de pign. act.

Reſp. Rem domino perire quoad jus *i*
id eſt, *obligationis* qua venditor liberatur;
debitor ſpeciei interitu ſpeciei ſine dolo &
liberatur. l. ſi ex legati 23. *ff. de verb. ob*

Quando emptio & venditio dicitur e
perfecta?

Reſp. Quod emptio venditio perfecta
mul atque de pretio convenerit, ſi emptio
contracta ſit, & vendita ſit certa ſpecies, d
conſtat *quæ*, *qualis*, *quantaque* ſit. *eod.*
verſ. quod effici.

Quid ergo dicendum in venditione con
tionali?

Reſp. In venditione conditionali diſtin
dum eſt, utrum res *perierit*, an vero *de*
facta ſit *pendente conditione*: ſi perierit,
toris damno eſt, quia rei interitus ante c
tionis eventum emptionem extinguit; ſ
exſtet, ſed deterior facta, damnum eſt *em*
l. 8. *ff. de per. & commod. rei vend.*

Quid dicendum ſi res in genere vendita

eſp. Diſtinguendum, utrum res ad *menſuram* lita ſit, vel non ſit vendita ad *menſuram*. *ri caſu*, non ante perficitur emptio, quam *nſuratio* facta ſit; itaque periculum interea *enditoris*: poſteriori vero caſu, ſtatim pereſt *emptio*, ideoque damnum emptoris eſt. *in pr. & §. 1. ff. de per. & commod. rei vend.*

igitur aliquis emerit 12. amphoras ex certo vaſe, interitu totius vaſis ad quem ſpectat periculum dictarum amphorarum, ad emptorem, an venditorem?

ſp. Ad *venditorem*, etiamſi *deguſtatio* fait, ſecus autem ſi ſit facta *admenſuratio*, enim ad *emptorem* pertinet; ratio eſt, qui vas eligit *ex quo* 12. *amphoras* cupit, tam determinat *ipſam rem*, quam *contirei.*

uid dicendum de commodo rei venditæ, ut ſi quid ei poſt venditionem acceſſerit?

ſp. Hoc commodum etiam, eadem raqua ſupra, ad emptorem pertinet: veluti, *ſi s venditus per alluvionem augeatur*, hoc autum cedit commodo *emptoris*, nec poteſt i à venditore. *eod. §. verſ. Sed etſi poſt.*

uid dicendum de amiſſione rei, puta quia ſervus venditus fugit, *aut rem venditam alius venditori ſurripuit?*

ſp. Hoc quoque periculum regulariter perad emptorem. *eod. §. 3. verſ. quod ſi.*

amvis venditor non teneatur rem amiſſam tradere, an tamen emptori non tenetur cedere actiones, quas eo nomine habet?

ſp. Tenetur cedere actiones loco rei a; puta *rei vindicationem, condictionem fur*, *actionem furti*, & *actionem legis Aquiliæ.*

liæ. eod. §. 3. verſ. utique. Cum enim ve-
tor uſque ad traditionem rei dominium & p
ſeſſionem retineat, hæ actiones ipſo qui
jure ei competunt; ſed ipſam rem ſequu
vel ejus loco ſuccedunt, ideoque ad em
rem transferri debent.

Quot modis emptio & venditio fieri pote

Reſp. Duobus modis; aut *pure*, aut *ſub*
ditione. Pure, ſi res ſimpliciter tibi vend
ſub conditione, ſi Stichus intra certum diem,
intra menſem, *tibi placuerit, erit tibi emptu*
reis tot: hæc emptio & venditio valet; q
vis illæ non valeant, *ſi volueris tibi emptus*
ſi voluero tibi emptus erit. §. 4. h. tit. l.
venditio. 7. in pr. ff. de cont. empt.

Quæ res vendi poſſunt?

Reſp. Omnes res, quæ ſunt in comm
hominum.

An ergo venditio rei, quæ non eſt in co-
mercio, nullum habet effectum?

Reſp. Cum diſtinctione: nam *ſi empt*
verit rem non eſſe in commercio, hæc e
nullum habet effectum; *ſi ignoraverit*
ceptus eam emerit, poteſt *emptor* age
empto ad id quod ſua intereſt ſe deceptum
eſſe, & eo caſu *res vendita* non afficitu
contractum, ſed *perſona venditoris* ad ſ
dum intereſſe. §. *ult. h. tit.*

AD TIT. XXV.

De Locatione & Conductione.

SEcundus contractus, qui ſolo conſenſ
ficitur, eſt *locatio conductio.*

Hujus tit. tres ſunt partes: *prima pars* eſt *locatione & conductione contrahenda*;

ſecunda eſt de *effectu locationis & condu-nis*;

tertia eſt, *quibus modis locatio & conductio itur.*

Quid eſt locatio conductio?

Reſp. Locatio & conductio eſt *contractus con-u conſtans, quo uſus rei vel opera pro certa cede conceditur.*

Quotuplex eſt locatio?

eſp. Duplex; alia eſt *rerum* locatio ſive *uſus* alia eſt *factorum* ſive *operæ.*

Quis dicitur locator, quis conductor?

eſp. *Locator* in locatione *fruendi* dicitur, uſum rei concedit; *conductor* vero qui rem pit, & mercedem ſolvit: at in *locatione fa-di* ſive *operæ* is qui operam præſtat *intuitu æ* dicitur *locator*, *intuitu* vero *operis con-or*; & vice verſa, qui ea utitur opera re-tu *operis* dicitur *locator*, & *reſpectu operæ uctor. l.* 11. §. *pen. l.* 13. §. 1. *&* 3. *l.* 19. *ff. locat.*

uomodo contrahitur locatio & conductio?

eſp. Id explicat *Imp.* per collationem *lo-nis* & *conductionis* cum *emptione* & *vendi-*; quoniam hi contractus *ſimiles* ſunt, & *n juris regulis conſiſtunt. pr. h. tit.* intellige em *proportione*, non omnino *eaſdem*: verbi a, *in emptione venditione* debet eſſe *pre-*; in *locatione conductione merces.* atque in-æc eſt *proportio*; quam enim rationem ha-*pretium* ad *venditionem*, eandem habet *mer-*d *locationem.*

Proponuntur ergo hic *quinque ſimilitudines* utriuſque contractus.

Quæ eſt prima ſimilitudo?

Reſp. Prima ſimilitudo eſt *hic, in pr. in verſ. nam ut.* quod ſicut emptio perficitur ſola conventione de pretio, ita locatio perficitur ſola conventione de mercede; adeo ut ex hac ſola conventione naſcantur actiones *locati & conducti*, quarum illa *locatori* adverſus *conductorem* competit, hæc datur *conductori* contra *locatorem*.

Quæ eſt ſecunda ſimilitudo?

Reſp. *Secunda ſimilitudo eſt*, quod ſicut pretium emptionis eſt *certum*, ita etiam merces locationis debet eſſe *certa*. §. 1. *h. tit.*

Hinc duo colliguntur; *primum*, quod ſi merces ſit commiſſa alieno arbitrio, veluti *locti ædes ea mercede quam Titius definierit*, contractus intelligitur factus ſub conditione, *ſi Titius mercedem definierit*, quemadmodum etiam de emptione dictum fuit. §. 1 *ſupr. tit. prox.*

Alterum eſt in verſ. *qua de cauſa.* quod ſi merces incerta eſt, veluti *ſi dedero fulloni veſtimenta mea polienda, nulla certa mercede conſtituta, ſed ea mercede, de qua poſtea inter nos convenerit*, non eſt *locatio conductio*, quia non eſt certa merces, nec *mandatum*, quia non eſt gratuitum, ſed *contractus innominatus*; proinde non actio *locati & conducti*, ſed *præſcriptis verbis.*

Quæ eſt tertia ſimilitudo?

Reſp. *Tertia ſimilitudo* eſt in §. 2. *tit.* quod ſicuti pretium emptionis non conſiſtit in corporibus, ſed in pecunia, ita etiam merces locationis; hic tamen notanda eſt hæc differentia, quia pretium tantum conſiſtit in pecunia numerata. §. *item. ſupr. tit. prox.* merces

m conſiſtit in *quavis pecunia*, id eſt, in omni , quæ numero, pondere, vel menſura conit, ut *vino, oleo, frumento. l. ſi olei.* 21. *C. locat.* Ex dictis colligitur, quemadmodum rebus incem traditis eſt contractus innominatus, id t, permutatio; veluti *ſi tibi dem librum, ut ibi des gladium*; ita etiam uſu invicem conſſo, non eſſe locationem & conductionem, d contractum innominatum: veluti *ſi hodie bi concedam uſum equi mei aut bovis, ut cras ibi concedas uſum equi tui aut bovis.* ergo iam hoc caſu agitur *præſcriptis verbis*, non *ati conducti. eod.* §. 2. *verſ. veluti.*

Quænam eſt quarta ſimilitudo?

Reſp. *Quarta ſimilitudo* eſt in § 3. *h tit.* od ubi prædia in perpetuum locantur, hic ntractus habet aliquid *venditionis*, & aliquid *ationis*; adeo ut dubitatum fuerit utrum *ventio* an *locatio* ſit: ſed *Zeno* conſtituit, ut ſit ntractus à venditione & à locatione ſepara, qui quidem vocatur *emphyteuſis*, ſeu *contrаs emphyteuticus.*

Quid eſt emphyteuſis?

Reſp. Emphyteuſis eſt *contractus conſenſu ini, quo res immobilis alteri in perpetuum fruenda tur, ſub conditione meliorationis, & præſtatio annui canonis in recognitionem dominii.*

Ad quem ſpectat periculum rei emphyteuticæ?

Reſp. Si tota res perierit domino directo pet; quia non poterit amplius ab emphyteuta quid exigere: ſi vero pars rei pereat, perilum eſt emphyteutæ; quia nihilominus anam penſionem integram ſolvet. *eod.* §. 3. *rſ. ſin autem.*

Quare hic contractus à quibuſdam habetur pro locatione?

Reſp. Propter annuam penſionem, ſub q exemplo locationis contrahitur.

Quare à quibuſdam pro venditione?

Reſp. Præſertim propter dominii utilis tra ſlationem; nam directum manet apud conc dentem.

Quæ eſt quinta & ultima ſimilitudo?

Reſp. *Quinta ſimilitudo* eſt in §. 4. *h. tit.* qu ſunt aliqui contractus, qui videntur commixti conjuncti ex venditione & locatione: velu *ſi aurifex annulos certi ponderis ex ſuo auro m conficere debeat certo pretio*; *Caſſius* putavit mul eſſe *venditionem & locationem*, id eſt, *a rificem* vendere *aurum*, & locare *operas ſuas faciendum annulum.* ſed hæc ſententia diſp cuit; quia *eadem res non debet diverſo jure ce ſeri*: & ſi quis diligentius hanc conventione expendat, facile intelliget unum eſſe contr ctum *venditionis*, ita ut *pretium* detur pro *ann lo. Imp.* ergo ſic diſtinguit: *aurifex* vel fa annulum ex *ſuo*, vel ex *meo auro*: *priori* ca eſt *venditio* annuli; *poſteriori* caſu, eſt *loca operæ.*

In ſecunda parte agitur de *effectu locatio & conductionis*

Quis ergo eſt effectus locationis & conductionis?

Reſp. Quod conductor debet ſervare pac conductionis, ſi quæ pacta facta ſint; *quia pac dant legem contractui. l.* 1. §. 6. *ff. depoſ.* & quid in lege prætermiſſum ſit, conductor ten tur ea præſtare, quæ æquitas ſuggerit. §. 5. *pr. & verſ. & ſi quid. h. t.*

Quæna

Quænam ſunt præſtanda in contractu locationis & conductionis?

Reſp. *Dolus, lata culpa, & levis,* non autem *viſſima*; quia utriſque gratia contrahitur: vet tamen & *leviſſima* culpa præſtanda, ſi loca: ſint res fragiles, de quibus in *verſ. qui pro u.* §. *hoc.* Caſus vero fortuitus non præſtatur.

Qualis eſt contractus locatio & conductio?

Reſp. *Bonæ fidei*; itaque multa veniunt prænda ex *bono & æquo*, de quibus nominatim nventum non eſt: veluti *ut conductor ſuis imnſis ſarciat damnum rei quod intulit,* contra *ut m locatam reficiat ſuo ſumptu locator,* idque ſi *ator* facere detrectet, poteſt ipſe *conductor* :ere, & in deminutionem *mercedis* imputare. In ultima parte quæritur

Quando locatio conductio finiatur?

Reſp. Exitu ejus temporis, de quo inter conhentes convenit, non autem *morte* locatoris t conductoris; nam heres in locatione & nductione ſuccedit. §. *ult. h. tit.*

Alia ratio eſt *ſocietatis*; quia etiamſi multi ſint :ii, tamen morte unius ſocietas inter omnes ſolvitur. §. 5. *infr. de ſoc.* Differentiæ ratio : quia in *locatione & conductione* reſpicimus *rem*; in *ſocietate* vero reſpicimus ad *perſom*, ut in dicto §.

AD TIT. XXVI.

De Societate.

TErtius contractus, qui *ſolo conſenſu* perficitur, eſt *ſocietas.*

Quid eſt ſocietas?

Reſp.

Reſp. Societas eſt contractus, quo inter eos quos res aut operæ communicantur, lucri in commune faciendi gratia.

Quare hic dicuntur conferri res aut operæ?

Reſp. Voculam *aut* commode intelligenda, ut ſignificetur nihil intereſſe quæ conferantur; utrum utrinque *res*, an hinc *res* illinc *operæ*, utrinque *res* & *operæ*, an utrinque *operæ* communicentur: veluti ſi duo artifices ita ſocietatem coierint, ut quod ex ſuis operis quæſtus fecerint, inter eos commune ſit. *l. duo.* 71. *pro ſoc.*

Quare additur in definitione, lucri in commune faciendi gratia?

Reſp. Quia ut ſit ſocietas non ſufficit *communio*, niſi præterea convenerit, ut *lucrum* ex ea proveniens commune ſit.

Cur autem damni *in definitione non fit mentio, cum conſtet in ſocietate ut* lucrum, *ita* damnum *communicari ſolere?* §. 1. & h. tit.

Reſp. Id fieri duabus de cauſis. *primo*, propter votum contrahentium, qui tantum reſpiciunt lucrum & non *damnum*; nam ſi ſcirent *damnum* inde eventurum, nunquam ſocietatem coirent: *deinde*, quia communicatio *damni* ad ſubſtantiam ſocietatis non pertinet, ſed tantum communicatio *lucri*; poteſt enim ita coiri ſocietas, ut *lucrum* tantum ſit commune, nullam autem partem *damni* alter ex ſociis ſentiat. §. 2. *h. tit.*

Quomodo hic contractus perficitur?

Reſp. Solo conſenſu de rebus communicandis præſtito: nec exſpectamus ut quicquam rerum conferatur aut operæ, quo ex re ſecuta naſcatur obligatio.

Qu

Quid ergo eſt quod dicitur in l. 4. ff. h. tit. Societatem coire nos poſſe, & re, & verbis, & per nuntium, *ubi videtur innui aliis modis ſocietatem contrahi, quam conſenſu?*

Reſp. His verbis ſignificatur ſocietatem con- ii ſolo conſenſu; ſed tamen ita ut nihil in- it quomodo hic conſenſus declaretur, an reſſe verbis, an etiam re ipſa ſine verbis o aliquo.

In quot partes dividitur hic titulus?

Reſp. In quatuor partes; quarum in *prima* ur de diviſione & ſpeciebus ſocietatis, quæ continetur *pr. hujus tit.*

Quomodo dividitur ſocietas?

eſp. Contrahitur omnis ſocietas vel *uniorum bonorum*, vel *certæ alicujus negotiatio-* vel etiam *rei alicujus ſingularis*.

ocietas *univerſorum bonorum* iterum eſt du- : vel eſt *univerſorum bonorum ſpecialiter* . l. 3. §. 1. & ſeq. ff. h. tit. vel *ſocietas uniorum bonorum ſimpliciter coita*. l. 7. cum ff. eod. tit.

uænam veniunt in ſocietatem omnium bonorum ſpecialiter coitam?

eſp. Omnia bona in communionem veniunt *præſentia* quam *futura*: nec ſolum ea quæ *uæſtu* & *opera* ſociorum veniunt; verum n quæ ex *alieno beneficio*, aut *undecunque ita* ſunt. Et talis ſocietas moribus *Gelriæ, ndiæ* & nonnullarum *provinciarum Belgi- n* per *matrimonium* contrahitur inter *virum xorem*.

uænam veniunt in ſocietatem omnium bonorum ſimpliciter contractam?

Reſp.

Reſp. In hac ſocietate ea tantum comm cantur, quæ ex *quæſtu* veniunt. *quæſtus* a vocatur, ſi quid ex *opera* aut *negotiatione* acquiratur; quæ vero aliunde veniunt,non c municantur. *l. 7. & ſeqq. ff. h. tit.*

Talis ſocietas moribus *Friſiæ* contrahitu ter *maritum* & *uxorem.*

Quænam veniunt in ſocietatem alicujus vel negotiationis?

Reſp. Hæc duas ad res reſtringitur: *prim* ad ea quæ ex *quæſtu* veniunt; *deinde*, ad ea ex *quæſtu*, qui ex *ea re* vel *cauſa* deſce quod vero *aliunde* quæſitum eſt, id ad *com nionem* non pertinet. *l. 52. §. cum duo. ff. e*

Atque hæc de prima parte *hujus tit.*

Quid continetur in ſecunda parte?

Reſp. In *ſecunda parte* agitur de *partibus vel damni*, ejuſque diviſione inter ſoci cienda; de qua *Imp. in hoc* §. 1. tractar cipit.

Cur dicis de diviſione lucri vel damni, autem lucri & damni?

Reſp. Quia *lucrum* & *damnum* non di tur; nam ſi in aliis rebus *lucrum*, in alii *mnum* accidat, compenſatio fit *lucri* cum *mno*, & quod ſupereſt ſive ſit *lucrum* ſiv *mnum* in diviſionm venit: neque enim *l* intelligitur, niſi omni *damno deducto*; *damnum*, niſi omni *lucro deducto. l. 30. ff*

Quid autem in hac diviſione lucri vel mni eſt conſiderandum?

Reſp. *Imp. hic* §. 1. ſic diſtinguit: a partibus *lucri* aut *damni* nihil convenit; certa pacta facta ſunt.

uid juris ſi de partibus lucri aut damni nihil convenit?

eſp. Hoc caſu', fiunt partes æquales tam , quam *damni.*

d quomodo partes æquales ſervari dicuntur, an ſimpliciter æquales, an vero pro portione ejus quod in ſocietatem collatum eſt?

ſp. Cum diſtinctione; nam ſi unus indu-n & alius pecuniam confert, ſervatur *æ-tas ſimplex*, quia eo caſu induſtria unius nia alterius æſtimari videtur.

d in collatione quantitatis, ſervatur *æqua- pro portione* & modo ejus quod in ſocieta- collatum ſit; adeo ut eadem ſit ratio in-a, quæ ſocii conferunt, & *lucrum* vel *um*, quod ex ſocietate ſentiunt: *verbi a*, unus contulit in ſocietatem *ducenta*, vero *centum*; qui *ducenta* in ſocietatem ılit, *duplum* ex lucro capiet, qui *dimidium* ılit, *dimidium* percipiet *l. 6. ff. h. tit.*

uid ſtatuendum, ſi certa pacta facta ſunt, quibus partes in lucro & damno ab ipſis contrahentibus conſtitutæ ſunt?

ſp. Hæc pacta ſervanda ſunt; *verſ. quod ſi hic.*

e inæquales ſervari placuit in *collatione æ-*, ſive *æquales* in *collatione inæquali.*

uid ergo dicendum ſi pactum factum ſit, ut ad unum duæ partes lucri pertineant, damni tertia, ad alterum vero duæ partes damni, tertia lucri?

ſp. Hoc pactum receptum eſt ſecundum ntiam *Servii Sulpitii*, contra ſententiam *ti Mutii*, quia *pacta ſervanda ſunt*, & fieri t ut alius meliore, alius deteriore con- ditione

ditione in eadem *ſocietate* fruatur. §. 2. *i*
h. tit.

Quid ſi unus conferat operam, & alter p
niam, & tamen conveniat ut lucrum
datur?

Reſp. Hoc etiam pactum valet; quia
opera alicujus pro pecunia valet, ut hic
tur. *verſ. nam & ita.*

Quid ſi convenerit ut aliquis ſocius partem l
cri accipiat, ſi lucrum accidat, partem
damni non ſentiat, ſi damnum conting

Reſp. Hoc pactum probatur *h.* § 2. *ver*
adeo. quia generaliter placuit licere paciſc
ſocius ſocio meliorem conditionem habeat

Sed *quid ſi convenerit, ut unus totum lu*
capiat alter totum damnum, aut damn
tem ſine ullo lucro?

Reſp. Hæc conventio improbatur, quia i
ulla *lucri communione* ſocietas ne quidem int
poteſt; eaque ſocietas veteribus *Leonina* di
l. 29. §. *Ariſto. ff. h. tit.*

Quid ſi pactum factum eſt de ſolo lucro,
de ſolo damno inter ſocios partiendo?

Reſp. Hoc pactum ſervari debere. §.
3. *h. tit.*

Sed quæritur, *quæ partes fiant ejus qu*
pacto prætermiſſum eſt, veluti ſi pactu
cum ſocio meo, *ut duas partes lucri*
piam, deinde non *lucrum* ſed *damnu*
quatur, quæſtio eſt *quam partem dam*
ſtinere debeam?

R. *Imp. h.* §. expreſſum in uno caſu, cer
tacite repetitum in altero caſu; cum ergo ſi
ctus de *duabus partibus lucri*, ſuſtinebo *duas p*

mni; ratio eſt in *l.* 10. *ff. de R. I.* quod quem uuntur commoda, eum etiam incommoda uuntur; & diſpoſitum in uno correlativo-n, cenſetur etiam diſpoſitum in altero.

Atque hæc de *ſecunda hujus tit. parte*: ſequi- nunc *tertia pars*, in qua agitur de *modis* qui-s *ſocietas* ſolvitur.

Quot modis ſolvitur ſocietas?

Reſp. Tribus modis generalibus: nimirum *imo*, morte unius ex ſociis; *ſecundo*, bono-n unius ex ſociis amiſſione; & *tertio*, ſola ius ex ſociis voluntate. ita fit, ut his modis ſo-tas finiatur proprio quodam jure diſtincto à iquis contractibus; nam ſocietas omnis con-t ex *perſonis* ſociorum, ex *rebus* & ſociorum *ſenſu*, ita fit ut iiſdem rebus in contrarium rſis diſtrahatur.

Quomodo ergo primo ſocietas ſolvitur ſola unius ex ſociis voluntate?

Reſp. Hoc fit *renunciatione* unius ex ſociis, m verbis aut ſcripto, aut per nuncium ſigni-at ſe renunciare ſocietati. §. 4. *hic.*

Atqui hoc eſt contra regulam juris communis quæ ſtatuit, quod obligatio ab initio eſt vo-luntatis, ex poſtfacto neceſſitatis. *l. ſicut.* 5. *C. de obl. & act.*

Reſp. Hoc ſpeciale eſt in ſocietate; quia m communio ſoleat rixas excitare, *nemo invi-s cogendus eſt in communione remanere. l. ult. comm. divid.*

Quid ſi aliquis malitioſe ſocietati renun-ciaverit?

Reſp. *Renunciatio malitioſa* hactenus valet, renuncianti noceat, & liberet ab eo ſocios, n eum à ſociis; ſi quis ergo fraudulenter re-nunciet

nunciet ſocietati, ut *lucrum* obventurum ſocietati ſolus accipiat, tenetur illud *lucrum* communicare, alia vero lucra quæ non captavit, ſ[...] *lucratur*. §. 4. *h. tit. verſ. ſed plane.* ubi ha[...] exemplum in textu; ratio eſt, quia hic contractus eſt *bonæ fidei*, adeo ut ex bono & æq[...] etiam id debeatur, de quo non convenit.

Quid vero dicendum de ſocio cui renunciatum eſt?

Reſp. Ei vero cui renunciatum eſt, quicq[...] omnino poſt renunciatam ſocietatem acquiritur, ſoli acquiritur, neque cum ſocio cog[...] communicare. *verſ. ei vero. hoc eod.* §. quia[...] dixi, is qui callide ſocietati renunciavit, ſoci[...] quidem à ſe liberat, ſe ipſum vero à ſociis n[...] liberat. hinc colligitur *dolum* non produci [...] à re ad rem (ſiquidem dolus renunciantis ſocietati, tantum ei nocet in eo quod captavit) [...] de perſona ad perſonam, quandoquidem *d*[...] renunciantis non nocet, ei cui renunciatum [...]

Quis eſt ſecundus modus finiendæ ſocietatis[...]

Reſp. Secundus modus eſt mors unius ex [...]ciis. §. 5. *h. tit.* quod receptum in ſocietate, [...] ejuſdem contractus natura præter rationem al[...]rum contractuum, qui etiam continuantur [...] heredem; quia in *ſocietate* ſocius *certam per[ſo]nam* eligit, cum qua velit ſibi rerum atque o[pe]ræ & diligentiæ eſſe communionem. *verſ. qu[ia] hic.* hæc autem induſtria perſonæ ſocii cohæ[...] nec ad heredes tranſit.

Sed quomodo accipiendum morte ſocii ſoc[ie]tatem diſſolvi, *an quoad defunctum ſol[...] ejuſque heredes, an vero quoad reliquos [ſo]cios ſuperſtites, ſi forte plures erunt, qu[am] duo?*

Re[...]

leſp. Intelligimus *morte* unius ſocii ita ſol- ſocietatem, ut ſolvatur *tota*, id eſt, non ſo- n defuncto & ejus heredibus, verum etiam eris ſociis, qui forte plures ſuperſint, etſi nium conſenſu ſocietas coita ſit. *verſ. ſed &c. eod. §. l. actione. 65. §. morte. ff. h. tit.*

Sed cum unius morte ideo ſolvatur ſocietas, quia is mortuus eſt, cur cum cæteri vivunt non ſaltem inter eos contraria de cauſa retinetur ſocietas?

Reſp. Quia ſocii plures ſic inter ſe ſocietatem unt, ut alii coeant propter alios, dum alii gulorum fidem & induſtriam eligunt, ut pro- e, vel unius opera & induſtria ſublata, in ſo- tate amplius manere nolint. Plane ſi ita in- plures contracta ſit ſocietas, ut uno mortuo ilominus inter ſuperſtites maneat, conven- valebit. *hoc eod. §. verſ. niſi.*

An quemadmodum voluntate expreſſa per renunciationem, ita etiam tacita, ex lege contractus, ſocietas ſolvitur?

Reſp. Quod ſic; atque hinc alius finiendæ ietatis modus naſcitur, qui *tertius* dici poteſt: n enim alicujus *rei certæ vel negotiationis ſa ſocietas* contrahitur, tum perſpicuum eſt ra id, quod agitur, id eſt, extra eam rem non ntrahi; ideoque recte placet ipſa ſocietatis e ſocietatem finiri, cum finis ei negotio im- itus eſt. §. 6. *h. tit.* ceſſat enim cauſa ipſius ntractus finalis. *l. ult. ff. commod.*

Quomodo amiſſione bonorum unius ex ſociis ſocietas ſolvitur?

Reſp. Duobus modis; *publicatione bonorum, ceſſione. Publicatione bonorum* unius ex ſociis ietas finitur, quando per damnationem pro- pter

pter crimen aliquod bona unius ex ſociis pu-
cantur; tum enim, quia in ipſius locum fi
ſuccedit, pro mortuo habetur. §. *publicatione*
h tit.

Ceſſione bonorum, cum ceſſione à ſocio fa
bona à creditoribus diſtracta ſunt. *l.* 3. *ff. de*
bon. quoniam cum quis ſolvendo non eſt,
bonis ſuis cedere cogitur, omnia ſua bona p-
dit, quare nullæ amplius ſuperſunt res quar
ſit ſocietas. §. *item ſi.* 8. *h. tit.*

Excipitur; niſi adhuc etiam poſt ceſſion
bonorum in ſocietatem conſentiatur, quo c
nova ſocietas incipere videtur. *ut hic verſ.*
hoc caſu.

Atque hæc de *tertia parte.*

Quid continetur quarta & ultima
parte hujus tit.?

Reſp. In *ea parte* declaratur *effectus ſocie-*
tis; nimirum quod ſocius ſocio præſtat *do*
& *culpam*: ſic tamen, ut non majorem dilig-
tiam præſtare teneatur in rebus communi
quam in ſuis; *quia ſibi debet imputare, qui*
rum diligentem ſocium aſſumpſit. §. *ult. h. tit.*

AD TIT. XXVII.

De Mandato.

QUartus & ultimus contractus, qui *ſolo c*
ſenſu perficitur, eſt *mandatum.*

Quid eſt mandatum?

Reſp. Mandatum eſt contractus, quo ali
negotium aliquod honeſtum gratuito gerend
committitur, & ſuſcipitur.

Cur dicitur in definitione gerendum quid
committitur?

Re

Reſp. Quia mandare non ſimpliciter quid mmittere eſt, ſed committere alicui quid ge- dum; veluti, *ſi committam tibi ut negotia a geras, pro me fidejubeas, mihi fundum emas,* e exempla. §. ſeq. proponuntur.

Cur additur gratuito?

Reſp. Quia mandatum debet eſſe *gratuitum,* n originem trahat ex officio atque amicitia. . §. *ult. ff. h. tit.* mercede enim conſtituta eſt *locatio conductio,* vel *contractus innomi- us.* §. *ult. h. tit.*

Cur additur in definitione honeſtum negotium?

Reſp. Quia rei turpis mandatum nullum eſt, 7. *h. tit.*

Ultimo, cur dicitur in definitione committitur & ſuſcipitur?

Reſp. Quia non ſtatim atque aliquis manda- quid, alii eſt mandati obligatio, ſed tum de- m cum quis mandatum ſuſcepit; utrumque m requiritur, & *mandatum,* & *mandati ſuſce-* : ſi quis enim ſine mandato quid gerendum cipiat, non eſt mandatarius, ſed negotiorum tor; contra ſi quis rogatus non ſuſcipiat, non etur. §. 11. *h. tit.*

Quot ſunt hujus tit. partes?

Reſp. *Hujus tit.* ſunt quinque partes.

Quid ponitur in prima parte?

Reſp. In prima parte tractatur quæſtio, an ndatum valeat? ad quam reſpondetur per du- cem diſtinctionem.

Quænam eſt prima diſtinctio?

Reſp. Prima diſtinctio *in pr. tit.* conſtat *ſex* caſibus,

caſibus, ita ut *quinque* prioribus caſibus man-tum valet, ultimo caſu non valeat: *Primus* -*ſus eſt*, cum mandatur *mandantis* gratia; *Se*-*dus*, cum *mandantis* & *mandatarii* gratia; *T*-*tius*, cum nec mandantis, nec mandatarii, -*alterius* gratia; *Quartus*, cum *mandantis* & *al*-*terius* gratia; *Quintus*, cum *mandatarii* & *a*-*rius* gratia; *Sextus*, cum *mandatarii* tantum -tia, quo caſu non eſt *mandatum*, ſed potius -*ſilium*. addi poteſt & *ſeptimus caſus* ex or-bus combinatus, videlicet ſi mandetur *man*-*tis*, *mandatarii*, *& aliena cauſa*, *veluti* cum -tor contutori ſuo mandat negotium pupilli -rendum; hoc enim *mandatum* eſt in grat-*pupilli*, quia res ad eum pertinet, nec non in -tiam *mandantis* & *mandatarii*, quia uterque -pillo tenetur *actione tutelæ*, niſi negotium -pilli recte geratur. *l. ſi procuratorem.* 8. §. *ſi*-*tores*. 4. *ff. h. tit.*

Unde oſtendis non poſſe plura quam hæc ſeptem genera excogitari?

Reſp. Sic oſtendo; in omni mandato *tres* -*ſonæ* conſiderari poſſunt, nimirum *manda*-, *mandatarius*, & *extraneus*: hinc naſcuntur -modi ſimplices, id eſt, quibus una perſona c-ſideratur, ſcil. *mandantis* cauſa, *mandatarii* -ſa, & *extranei* cauſa; & totidem ex duabus p-ſonis conjuncti, ſcil. *mandantis* & *mendat*-gratia, *mandantis* & *extranei*, *mandatarii* & *ex*-*tranei*; atque unus modus conjunctus ex tri-perſonis, id eſt, *mandantis*, *mandatarii*, & *ex*-*tranei* cauſa.

Declara *quinque* hæc mandatorum *genera* -contextu relata *ſuis exemplis*, & prim, *Quomodo mandantis tantum gratia contr*-*hitur mandatum?*

R-

eſp. Cum alicui mando ut *negotia mea ge-t*, vel ut *pro me ſponderet*, id eſt, fidejuberet. . *h. tit.*

Quomodo mandantis & mandatarii gratia contrahitur mandatum?

eſp. *Hoc Imp.* §. 2. *h. tit.* declarat tribus ex-lis.

Quod eſt primum exemplum?

eſp. Veluti *cum alicui mando ut pecuniam ſub is crederet Titio, qui eam in rem meam ver- eſt*; nam & illi prodeſt mandatum pro- uſurarum præſtationem, & mihi in cujus pecunia vertenda. *verſ. veluti. eod.* §. 2.

Quod eſt ſecundum exemplum?

eſp. *Si ego, cum pro aliquo fidejuſſiſſem, con-us à creditore, mandem ei ut primo cum reo ipali agat, & ſi quid ſit quod non poterit ab onſequi, ut ego id ei præſtem*; ego mandans juvor creditoris inquietationem evitans, & n ipſe creditor mandatarius, qui vel à debi- ſuum conſequitur, vel niſi à debitore prin-li ſuum poterit conſequi, regreſſum habet rſus mandantem, id eſt, fidejuſſorem. *verſ. ſi. hoc eod.* §.

Quod eſt tertium exemplum?

eſp. Veluti *ſi Titius mihi debeat centum au- & ego Sejo debeo centum aureos; ego, con-us à creditore meo Sejo, delego ei Titium debi-n meum, ut centum meo periculo à Titio debi- meo ſtipuletur*, nempe ut id, quod à dele- nequeat conſequi, à me debitore & man-e petat. *verſ. velut. eod.* §. *hic.* nam hoc ego ab inquietatione creditoris mei liberor, *ejus* creditor meus id, quod à delegato de-re *Titio* conſequi nequit, à *me* petere poteſt.

Quomodo

Quomodo alterius extranei gratia contrahitur mandatum?

Reſp. Si tibi aliquis mandet, ut negotia T[illegible] geras, vel ut pro *Titio* fundum emas, vel ut [illegible] *Titio* ſpondeas. §. *aliena.* 3. *h. tit.*

Quomodo mandantis & extranei gratia contrahitur mandatum?

Reſp. Veluti ſi mandem alicui, ut *mea* & *Ti-tii* negotia communia gereret, vel *ut mibi & Ti-tio* fundum emeret, vel ut *pro me & Titio* ſp[on]deret, id eſt, fidejuberet. §. *ſua* & 4. *h. tit.*

Quomodo mandatarii & extranei gratia contrahitur mandatum?

Reſp. Veluti ſi mandem alicui, *ut Titio* [pe]*cuniam ſub uſuris crederet*, hic enim & *man[da]tario* res prodeſt propter *uſuras*, & *Titio* c[uius] neceſſitati ſuccurſum erit; alioquin ſi ſine [uſu]ris ut crederet mandatum ſit, *Titio extra[neo]* tantum mandatum proderit. §. *tua.* 5. *h. ti[t.]*

Quomodo mandatarii tantum gratia mandatum contrahitur?

Reſp. Si mandes alicui, *ut pecunias ſuas p[otius] in emptiones prædiorum collocet, quam fœne[ret]*, vel ex diverſo *fœneret potius, quam in empti[ones] prædiorum collocet*; ſed hujus generis manda[tum] *conſilium* magis eſt, quam *mandatum*, & [pro]pterea non eſt obligatorium, cum *conſilii n[on] fraudulenti nulla ſit obligatio. l. conſilii.* 47 [ff.] *de R. I.* §. *tua tantum* 6. *in pr. h. tit.*

Sed cur conſilium non eſt obligatorium?

Reſp. Quia ſitum eſt in arbitrio *mandat[arii]* an illud ſequatur vel non. *verſ. cum liber[um]* *eod.* §. nec ergo *mandans* poteſt cogere *man[da]tarium* ut id ſequatur, & ſi *mandatarius* illud [fe]cerit cum incommodo ſuo, non de alio ſe[d]

ueri, ſibique hoc imputare debet, *cum factum ue ſuum, non alii nocere debeat. l. factum.* 155. *e R I.* ſi ergo aliquis otioſam pecuniam te ii habentem hortatus fuerit, ut ea rem ali- n emeres, vel eam crederes, quamvis non ediat eam tibi emiſſe vel credidiſſe, tamen tenetur mandati. *hic verſ. itaque.*

Quænam eſt pecunia otioſa?

eſp. Otioſa pecunia eſt, quæ *uſui non eſt, non occupatur,* vel *quæ eſt in arca: occupata* quæ vel in emptionem prædiorum collo- , vel alteri creditur; eaque vel eſt *ſterilis,* atuito credatur, vel *fœneratitia* ſi ſub uſuris ta ſit.

ænam eſt differentia inter mandatum & conſilium?

ſp. Duplex: *una* eſt, quod *conſilium* ſem- lari debet in gratiam ejus cui datur, *man- n* vero aliter contrahitur, ut ſupra expoſi- *altera* eſt, quod qui mandat petit & ur- t mandatum ſuſcipiatur, unde mandatum ligatorium: qui vero *conſilium* dat, arbi- us cui dat rem permittit, neque utrum fiat e curat, & ideo non eſt obligatorium.

l ſi quis tibi mandet ut pecuniam Titio fœneres?

b. Hoc caſu mandatum eſt obligatorium; on videris aliter *Titio* crediturus eſſe quam mandatum eſſet, cum tibi ita mandatur tia, ut alterius perſona cujus interſit ad- ur. *hic verſ. & adeo.* atque hoc caſu eſt tum *tua* & *Titii cauſa,* nam *Titius* ſentit odum ex pecunia credita, qua eget, tu ſen- mmodum ex uſuris.

Quænam eſt poſterior diſtinctio, an manda-tum valeat?

Reſp. Poſterior diſtinctio eſt *in* §. 7. *h.* aut enim eſt *mandatum* de *re honeſta*, veluti *emendis ædibus* vel *pecunia credenda*; aut e *re turpi*, veluti *de homicidio* aut *furto facie* *Priori caſu*, mandatum valet; *poſteriori caſu* ait, mandatum eſſe inutile, neque obligatori quod enim fieri non poteſt, inutiliter mand

An nullus ergo eſt hujus mandati turpi effectus?

Reſp. Nullus quoad *mandantem* & *mand rium*, nam neque mandans cogere poteſt n datarium ad mandatum exequendum, n mandatarius, ſi fuerit mandatum executus nomine actionem habet contra mandante quid præſtiterit; uterque tamen & manda mandatarius ab eo, qui ex mandato turpi l eſt, poſſunt conveniri, ille qui mandavit qui mandatum ſuſcepit. *Sande lib.* 3. *tit.* 7. *a*
Sequitur *ſecunda tit. pars* quæ eſt de *ef mandati.*

Quis ergo eſt mandati effectus?

Reſp. Hic; quod mandatario adverſus m dantem detur actio *mandati contraria*, ad ſequendum id, quod impendit, & quidem quando mandatum implevit.

Quis dicitur mandatum implere?

Reſp. Qui facit id, quod mandatum eſt igitur aut nihil gerit, aut aliud quam m tum eſt, non dicitur mandatum implere hoc eſt quod hic dicitur §. *is qui.* 8. *in pr.* qui exequitur mandatum, *non debet excedere mandati*; nam qui exceſſit, aliud quid face detur.

Hinc quæritur *primo*, *Si mandem tibi ut emas mihi ædes centum aureis, ac tu emas centum & viginti aureis, an poſſis quod impendiſti à me repetere actione mandati?*

Reſp. *Imp.* te poſſe à me repetere duntaxat *um aureos*; quia, quod ad hanc ſummam non eſſiſti fines mandati, pro reliquis autem *vi-*, quos ultra mandatum meum impendiſti, am habes contra me actionem. *verſ. adeo em. hic.*

ecundo, *Si tibi mandem ut emas mihi ædes centum aureis, tu vero emas octuaginta aureis, an tibi contra me actio competat?*

eſp. Qui expreſſe mandat emi centum au- tacite mandat minori pretio emi, ſi fieri t; itaque hoc caſu habebit mandatarius dati actionem. *verſ. quod ſi h. eod.* §. valet mandatum non ſolum expreſſum, ſed tacitum. *l. 59. ff. de procur.*

quitur nunc *tertia tit. pars*, in qua agitur *odis* quibus mandatum ſolvitur.

Quibus modis mandatum ſolvitur?

ſp. Solvitur mandatum proprio jure, par- ex *perſona mandantis*, partim ex *perſona latarii*; ex *perſona mandantis* duobus mo- *voluntate*, & *morte*; *voluntate* ut quiſque vit voluntatem, & revocavit mandatum re integra. *hic* §. *Recte.* 9.

l quomodo unius voluntate poteſt revocari mandatum, cum ab aliis contractibus unius voluntate recedere non liceat?

ſp. Natura mandati id facit, ab aliis con- bus longe diverſa; nam in aliis contracti- erſatur intereſſe utriuſque contrahentis, in

 mandato

mandato vero ſolius mandantis, qui proi poteſt ſuo jure renunciare. *l. pen. C. de pact*

Quid hoc eſt, re integra?

Reſp. Res integra dicitur quæ ei qui ſu pit integra eſt, dum ei per cauſam man nihil abeſt: *verbi gratia*, *mandavi tibi ut me ires Romam*, mox poſſum per pœnitent mandatum revocare quamdiu *res eſt integra*, eſt, quamdiu tibi nihil eo nomine abeſt; cæ rum ſi jam te paraſti ad iter *puta equum*, *&* *neceſſaria comparaſti*, non eſt amplius *res i gra*, itaque non poſſum revocare mandatum i præjudicium tuum, *quia nemo poteſt conſi ſuum mutare in alterius præjudicium. l. 75 de R. I.*

Quomodo morte mandantis ſolvitur mandatum?

Reſp. Si mors mandantis intervenerit *re tegra*; quod quidem jus eſt plane ſingul cum enim dicimus morte mandantis manda exſtingui, hoc dicimus, quod quamvis ma tarius mandatum impleverit, vel non impl rit, tamen mandati actio non competat, mandatum morte intercidit.

Sed cur hoc in mandato, cum aliæ obligati nes tranſeant in heredem?

Reſp. Natura mandati hoc facit, quia datum non egreditur perſonam mandat nam in omni mandato hoc agitur, ut man ſibi ſoli mandatum velit, non etiam hered quia vel non idem expedit heredibus, vel i fecti ſunt, ut velint rem per alium, aut n per hunc geri.

Quid ſi mors mandatarii intervenerit?

Reſp. Eadem ratione mandatum ſolvitur.

[...]*it.* quia in mandato eligitur induſtria perſo-[...], quæ non tranſit ad heredem. *l.* 57. *ff. h. tit.*

Sed quid ſi mandante re integra mortuo, mandatarius eum mortuum eſſe ignorans mandatum executus ſit, an habeat contrariam mandati actionem?

[R]eſp. *Imp. in verſ. ſed utilitatis.* mandatario [...]ionem dari utilitatis cauſâ, id eſt, ex bono & [...]io contra rationem ſtricti juris, ne juſta igno[ran]tia ei noceat.

[Q]uænam eſt juſta & probabilis ignorantia?

[R]eſp. Juſta & probabilis ignorantia eſt igno[ran]tia facti, non juris. *l.* 9. *ff. de jur. & fact.* [...]*r.* nam facti alieni ignorantia etiam in viros [pru]dentiſſimos cadit. *l.* 2. *ff. eod. tit.* id quod [...]. declarat in *verſ. & huic ſimile eſt.* hoc ex[em]plo, *Stichus erat ſervus actor ſeu diſpenſator [...]i domini ſui,* id eſt, præerat pecuniis domini [...]erandis & exigendis. *itaque pecunias quaſ[...] credidit Mævio:* certe *ſi Stichus in eodem [...]u manſiſſet Mævius ei recte ſolveret;* ſed fin[...]ius antequam *Mævius* ſolveret Stichum eſſe [do]mino ſuo manumiſſum, hac manumiſſione [de]ſiit eſſe ſervus & diſpenſator; itaque *Mæ[vius]* non debet *ſervo manumiſſo* ſolvere ſed *Ti[...] creditori;* ſi tamen de facto *Mævius Sticho* [man]umiſſo ſolverit per ignorantiam, ſolvens eo [...] liberatur ab obligatione *ex æquo & bono,* [ne j]*uſta ignorantia* ei obſit, idque contra ratio[nem] ſtricti juris, quia non debebat liberari, quo[ni]am ei ſolvit, cui non debuit.

[Qu]is eſt tertius modus quo mandatum ſolvitur?

[R]eſp. Tertius modus eſt *renunciatio* manda[ti; ſ]icut enim mandator poteſt revocare man[datu]m, ita etiam mandatarius poteſt renunciare

 mandato;

mandato; ſed quemadmodum mandator de revocare *re integra*, ita etiam mandatarius de renunciare *tempeſtive*, id eſt, eo tempore q qui mandavit poteſt eandem rem æque co mode aut per ſe aut per alium explicare; ergo mandatarius mandato non renunciave ſive tardius renunciaverit, mandatori tenetu id quod ejus intereſt.

Excipitur in contextu, niſi *ob juſtam cauſ* excuſetur, veluti quia propter *tempeſtatem vim fluminis*, aut *incurſum hoſtium* non po *tempeſtive* renunciare. §. 11. *h. tit.*

Quæ actiones ex hoc contractu naſcuntur?

Reſ. Actio mandati *directa*, quam mand habet adverſus mandatarium, & *actio cont ria*, quam mandatarius habet adverſus mand tem.

Sequitur nunc *quarta pars* hujus tit.

Quid ea continetur?

Reſp. In *quarta parte* proponuntur *duo* m dati *accidentia*, nempe *dies* & *conditio*.

Quomodo ergo mandatum contrahitur?

Reſp. Mandatum & in diem differri, & conditione contrahi poteſt; in diem, ve *mando tibi, ut proximis nundinis equum emas*: ſub conditione, veluti, *mando tibi ut res mihi rhedam, cum conſulero*; quod non ſo locum habet in mandato, verum etiam in omnibus contractibus.

Sequitur *quinta & ultima* hujus tit. pars.

Quid ea continetur?

Reſp. In *quinta & ultima parte* declar hæc *proprietas mandati*, quod mandatum contractus natura ſua *gratuitus*, hoc eſt, in non debet conveniri de mercede; manda

em

m originem ex officio atque amicitia trahit, proinde niſi *gratuitum* nullum eſt. *l.* 1. §. *h. tit.*

An hæc proprietas ſoli mandato convenit?

eſp. Quod non, ſed pertinet etiam ad alios tractus, puta *commodati, depoſiti.*

Quot igitur hic caſus notandi?

eſp. Hic tres caſus ſunt diſtinguendi, quemodum ex ipſo contextu §. *ult.* apparet, aut n nulla merces intervenit ſed eſt contractus uitus, atque eo caſu eſt *mandatum*, vel *comatum*, vel *depoſitum*; aut convenit de certa cede, eaque danda in pecunia numerata, & c eſt *locatio conductio*; aut conventum eſt e alia danda pro opera, aut mercede incer- & tunc eſt *contractus innominatus*, ex quo itur actio *præſcriptis verbis*. §. *item is.* 2. *. ult. ſupr. quib. mod. re cont. obl.* §. 1. *ſupr. cond.*

n tamen mandatarius non habet mandati actionem contrariam ut conſequatur quod ſua intereſt?

eſp. Habet; quia quamvis mandatum ſit uitum, tamen officium nemini debet eſſe noſum.

AD TIT. XXVIII.

De Obligationibus quæ quaſi ex contractu naſcuntur.

Oſt genera *contractuum* enumerata, ſequuntur obligationes *quaſi ex contractu*; de quiconſequenter dicendum.

Quid eſt quaſi contractus?

Reſp. Factum omne non turpe, quo is, q fecit, alteri, aut alter ei, aut uterque alteri, ſi *conſenſu obligatur.*

Cur dicis, factum non turpe?

Reſp. Ne factum incidat in *maleficium,* q apparet in hac diviſione toto genere diſting à maleficio.

Cur dicis, ſine conſenſu?

Reſp. Quia alioqui conſenſu interveni *contractus* futurus ſit, non *quaſi contractus.*

Cur hoc factum dicitur quaſi contractus?

Reſp. Quia cum neque *maleficium* hab neque ſpeciem *maleficii,* & tamen obligatio pariat, propius ad ſimilitudinem *contractus* cedit, ubi ſcil. & ſine maleficio obligatio ſcitur.

Quo verbo hæc ſimilitudo inter contractus & quaſi contractus notatur?

Reſp. Vocula *quaſi;* idque more loque *ICtis* uſitato, ſic dicitur *quaſi poſſeſſio* ad ſimil dinem veræ poſſeſſionis, & *quaſi Serviana,* Servianæ ſimilis eſt. §. *item.* 7. *infr. de act.*

Quot ſunt horum factorum genera, ex quib obligatio quaſi ex contractu naſcitur?

Reſp. Horum factorum *genera ſunt duo,* totidem *cauſæ* ſummæ ex quibus obligatio q ſi ex contractu naſcitur; nimirum *rerum narum adminiſtratio,* & *agnitio ſupremæ vo tatis teſtatoris.*

Quotuplex eſt omnis rei alienæ adminiſtratio

Reſp. Triplex; aut *voluntaria,* aut *neceſſa* aut *mixta.*

Quæ

Quænam eſt adminiſtratio voluntaria?

Reſp. Voluntaria eſt, cum quis abſentis nego- nulla neceſſitate publici muneris, aut rei ſuæ iliaris coactus gerenda ſuſcipit, ex quo eſt obligatio & actio, quæ dicitur *negotiorum ge- um*, de qua in §. 1. *h. t.*

Ex hoc facto quis obligatur?

Reſp. Non tantum is qui quid gerendum ſu- it, verum etiam is cujus negotium geſtum non ſolum ignorans ſed etiam invitus.

Quænam actio naſcitur ex hac obligatione?

Reſp. Ex hac obligatione naſcitur actio, quæ e vocatur *negotiorum geſtorum.*

Quotuplex eſt hæc actio?

Reſp. Duplex, directa & contraria.

Cui datur actio directa?

Reſp. Domino rei geſtæ, adverſus eum qui it, ad reddendam rationem ſuæ adminiſtra- is. *verſ. ſed. eod.* §.

Cui datur actio contraria?

Reſp. Negotiorum geſtori contra dominum, ræſtet impenſas bona fide factas, cum *nemi- fficium debeat eſſe damnoſum.*

ed an non eſt culpa ſe immiſcere rei ad ſe non pertinenti? ſecundum *l.* 36. *ff. de R. I.*

Reſp. Quod ſic, ſcil. ſi geſtor negotiis geren- ſit impar, & per ſpeciem officii domino no- , non vero ſi quid gerat utiliter & domino it.

ed an non videtur durum aliquem ignoran- tem & invitam ſine ſuo facto obligari?

Reſp. *Imp. hic in verſ. idque.* Hoc utilitatis ia receptum eſſe, ne abſentium, qui ſubita

 feſtinatione

feſtinatione coacti, nulli demandata negot-
rum ſuorum adminiſtratione peregre profe-
eſſent, deſererentur negotia, quæ ſane nemo
raturus eſſet, ſi de eo quod quis impendiſſet n-
lam habiturus eſſet actionem; qua ratione ſig-
ficat non eſſe iniquum in hac ſpecie adve-
ignorantem actionem dari, ſi hoc fieri non n-
do ei nihil nocet, ſed etiam dari utile eſt, c-
ipſi in quem datur, tum publice cæteris om-
bus in eadem cauſa.

Quam culpam præſtat negotiorum geſtor?

Reſp. Omnem culpam. *hic in pr. verſ.* *t*
caſu. ubi dicitur eum præſtare *diligentiam* *e*
actiſſimam, ſed quia hoc non eſt verum reg-
riter, idcirco recte ſubjicit limitationem, ſi n-
do alius diligentior erat negotia geſturus; i-
enim caſu non ſufficit diligentia exacta, ali-
non erat alius diligentius geſturus, negotio-
geſtor tantum diligentiam exactam præſtat. *l*
C. de neg. geſt.

Quænam eſt adminiſtratio neceſſaria?

Reſp. Quæ muneris publici neceſſitate al-
imponitur, ut in tutoribus *tutela*, in curat-
bus *curatio.*

Quare tutela non eſt verus contractus?

Reſp. Quia ſcil. inter tutorem & pupil-
nullum negotium contrahitur, ut hic §
verſ. nullum, id eſt, quia deeſt conſenſus, c-
& tutor ex neceſſitate officii adminiſtret, & p-
pillus non eligat ſibi tutorem, ſed eum acci-
ex teſtamento patris, vel à lege, vel à magiſ-
tu; quinimo & ignoranti & invito pupillo t-
tor dari poteſt. *l. nec non. 6. ff. de. tut. & r.*
dat. hinc conſtat obligationem quæ eſt inter t-
torem & pupillum non eſſe contractum; c-

tan-

men hic nullum verſetur maleficium, vel quaſi aleficium, reſtat ſcil. ut dicamus eſſe *quaſi contractum.*

Ex hoc quaſi contractu quænam naſcitur actio?

Reſp. Duplex, ſcil. *actio* tutelæ *directa* & *contraria.* *eod.* §. *in verſ. hoc autem caſu.*

Cui datur actio tutelæ directa?

Reſp. Pupillo contra tutorem ad reddendam tionem ſuæ adminiſtrationis, idque finita tute- *hic verſ. non tantum.*

Cui datur actio tutelæ contraria?

Reſp. Tutori contra pupillum, ſi tutor vel imnderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fue- obligatus, vel rem ſuam creditoribus obligarit. *verſ. ſed & contra. eod.* §.

Cur una actio dicitur directa, & alia contraria?

Reſp. Quia principaliter obligatur tutor ut ranem reddat tutelæ geſtæ, minus principaliter ligatur pupillus.

Quænam eſt rerum alienarum adminiſtratio mixta?

Reſp. Cui locus eſt inter eos inter quos communio aliqua conſtituta eſt, vel rerum ſingulam inter *ſocios*, vel hereditatis inter *heredes*, de a *Imp.* tractat. §. 3. & 4. *h. tit.*

Quænam ex hac communione rerum naſcitur obligatio?

Reſp. Hinc duarum rerum obligatio, *primo* rei communis diviſionem, *deinde* ad præſtanes perſonales.

Unde naſcitur hæc obligatio?

Reſp. Hæc obligatio, cum non ſit *ex contractu*

tractu, vel *maleficio* vel *quaſi maleficio*, reſt ut *quaſi ex contractu* eſſe intelligatur. *hic* §. *verſ. non intelligitur.*

Quis hic eſt quaſi contractus?

Reſp. Quaſi contractus hic eſt *factum ſo communionem* ſuſceptam retinentis; ſi igitur i ter aliquos res aliqua particularis communis ſ puta *duobus pariter legata vel donata ſit*, ex h communione naſcitur actio, quæ vocatur *co muni dividundo*. §. 3. *h. tit.*

Quid hac actione petitur?

Reſp. Hac actione petitur non ſolum ut r communis dividatur, ſed etiam ut præſtation perſonales exigantur.

In quibus conſiſtunt hæ præſtationes perſonales

Reſp. Si vel unus *fructus* ex re communi pe ceperit, vel ſolus *impenſas* in rem commune fecerit, vel *damnum* rei communi dederit. *ve quod ſolus. hic.*

Cur hæc adminiſtratio dicitur mixta, id eſt partim neceſſaria, partim voluntaria?

Reſp. Quia hæ partes ita communes ſunt, non poſſit quis partem rei ſuæ obtinere, qu obtineat & partem ſociorum; nec poſſit ex communi fructus percipere, quin ex ſua par percipiendo, ſimul percipiat ex reliquis par bus, propter indiviſam iſtarum partium co munionem, quam ob cauſam alter alteri eo n mine hac actione tenetur.

Diximus de communione rei ſingularis, quid a cendum de communione rei univerſalis, id e hereditatis?

Reſp. Inter coheredes ex communione her ditatis etiam naſcitur obligatio, nam ſimul a

qu

eandem hereditatem adierint, videntur ſi contraxiſſe alter cum altero; neque pro- contraxerunt coheredes, quia in illam com- nionem inciderunt.

Ex hac communione ſive quaſi contractu quænam actio oritur?

Reſp. Oritur actio *familiæ erciſcundæ*. §. 4. *h.* id eſt, hereditatis dividendæ; nam antiqui *iliam* pro hereditate, & *erciſcere* pro dividere piebant.

Quænam veniunt in hanc actionem?

Reſp. In hanc actionem veniunt eædem præ- ones perſonales, de quibus diximus in actio- *ommuni dividundo.*

ſtne igitur inter has duas actiones nulla differentia?

Reſp. Sunt duæ differentiæ notandæ: *primo* d actio *familiæ erciſcundæ* competit propter universalem ſive hereditatem; actio vero *nuni dividundo* propter rem ſingularem; *ſe- o*, quod illa non poteſt niſi ſemel intentari, i poſtea emergat res aliqua communis, de gendum *communi dividundo*: *hæc* vero to- intentari poteſt, quotiens res aliqua com- is eſt.

actenus dictum de rei alienæ adminiſtra- e, quæ erat *primum factum* ex quo tanquam *ontractu* naſcitur obligatio, ſequitur *alterum um* quod conſiſtit in *agnitione voluntatis teſtatoris.*

uinam igitur agnitione voluntatis teſtatoris quaſi ex contractu obligantur?

Reſp. Duo genera perſonarum; nimirum & *legatarius.*

Quomodo

Quomodo heres pacto obligatur?

Reſp. Cum hereditatem admittit extra adeundo, aut pro herede gerendo; ſuus ſc. miſcendo. §. *pen.* §. *ſui. ſupr. de hered. qua diff.* hac enim lege hereditatem ſuſcipit, ut ſe ejus oneribus omnibus ſubjiciat, in qu ſunt etiam ea, quæ teſtator inde præſtari vo

Quibus perſonis hoc modo teſtator obligatu

Reſp. *Creditoribus hereditariis*, & *legat* ſeu fideicommiſſariis; *creditoribus* quiden contractu vel quaſi, *legatariis* vero tantum ex contractu.

Cur legatariis tantum obligatur quaſi ex co tractu?

Reſp. Quia nullum negotium neque cum rede legatarius geſſit, quoniam legatum ple que relinquitur ignorante & invito herede, que cum defuncto, nam poteſt legatum ctum eſſe neſciente legatario, §. *heres.* 5. *neque enim. hoc tit.* cum ſit contractus du pluriumve in idem placitum conſenſus.

Quænam hinc naſcitur actio?

Reſp. Actio in perſonam competens le rio, adverſus heredem à quo legatum reli eſt, ad præſtandam rem legatam, & naſcit facto additionis hereditatis, quia heres here tem adeundo, eam cum ſuo onere agno intelligitur, ſcil. ut præſtet quod teſtato junxit.

Eſtne etiam aliquod negotium de quo du jure poteſt utrum ad contractus, an qua tractus ſit referendum?

Reſp. Eſt, vocaturque *indebiti ſolutio.* § *is.* 6. *h. tit.*

Quo

Quomodo indebiti ſolutio poteſt dici contractus?

Reſp. Reſpectu *accipientis* & *effectus*; nam i ignorans alteri indebitum ſolvit, perinde um ſibi obligat, ac ſi mutuum cum ipſo conxiſſet, habetque in ipſam actionem quæ vour condictio indebiti. *hoc eod.* §. *verſ. ſed nen.*

Quomodo eadem indebiti ſolutio poteſt dici quaſi contractus?

Reſp. Reſpectu mentis & propoſiti ipſorum ntrahentium, nam qui ſolvendi animo pecum dat, ideo potius eam dare videtur, ut rahat negotium, quam ut contrahat, ut hic it *Imp. verſ. adeo.* ideoque hic inter *quaſi tractus* refertur: ſed quia de hoc negotio ſatis ndeque ſupra diximus. §. 1. *ſupr. quib. mod. ont. obl.* ideo hic plura dicere ſupervacuum o.

An ſemper indebiti ſolutio condictionem parit?

Reſp. Non ſemper; nam *Imp.* tradit regulam in §. *ult. quod ſi quis ſolvat indebite ex ea ſa ex qua lis creſcit per inficiationem ſolutum ti non poſſit.*

Quid hoc ſignificat, litem creſcere inficiando?

Reſp. Quando reus ſi debitum fateatur connatur in ſimplum, ſi vero neget & concatur, condemnatur in duplum.

Da exemplum?

Reſp. *Imp.* duo exempla proponit in *textu*; num *exemplum* eſt, ſi quis agat ex *lege Aquilia* damno ſibi dato: *alterum exemplum eſt* cum tur legatum *Eccleſiæ* vel alii *loco pio* relin, quo caſu heres in duplum damnatur non m propter *inficiationem*, ſi falſo negaverit tum deberi, ſed etiam propter *ſolutionis dilationem.*

lationem, ſi legatum ſtatim non ſolvat, ſed p patiatur ſe judicio conveniri. *verſ. quod vete d. §. ult.*

AD TIT. XXIX.

Per quas perſonas nobis Obligatio acquiritur.

POſtquam *Imp.* expoſuit modos quibus o gatio dicitur acquiri ex *contractu*, vel q *contractu*, conſequenter agitur de *perſonis quas acquiritur*, qua methodo etiam uſus *ſupr. tit. per quas perſonas cuique acquiritur*; *tit.* cum hoc conferendus, atque exinde poteſt latior hujus interpretatio, ideoque breviores erimus.

Per quas ergo perſonas nobis obligatio acquiritur?

Reſp. Non ſolum per noſmetipſos, ſed e per eos quos in poteſtate habemus, quales *ſervi* & *filii noſtri*.

Quænam ergo perſonæ ſunt, per quas conditione perſonæ nobis obligatio acquiritur?

Reſp. Hic enumerantur quatuor: primo *noſtri*; ſecundo *filii quos in poteſtate habe* tertio *ſervi alieni & homines liberi quos bona poſſidemus*; quarto *ſervi alieni in quibus u fructum vel uſum habemus.* de quibus ſin ordine videndum.

Quomodo fit acquiſitio obligationis per ſe vos noſtros?

Reſp. *Imp.* hic *in pr.* tradit regulam *ver tamen*: quod, *quodcunque per ſervos noſtros quiritur, totum noſtrum fiat*; ratio eſt, quia

i noſtri ſint in noſtra poteſtate & dominio, il proprium habere poſſunt, ſed quicquid acunt ſtatim & è veſtigio ad nos tranſit ſive ſit *inium*, ſive *obligatio*.

Quomodo fit acquiſitio per filios noſtros?

eſp. In obligationibus quæ per filios acquiur ſervanda eſt hæc diſtinctio: vel enim acuntur ex *peculio profectitio*, & tunc patri lo jure acquiruntur, hoc eſt, & quoad protatem & quoad uſumfructum; vel provet ex *peculio adventitio*, & tunc tantum quoad nfructum patri acquiruntur, quoad propriem filio. *hic in pr. verſ. quod autem.* vel dee proveniunt ex *peculio caſtrenſi vel quaſi enſi*, & tunc acquiruntur filio pleno jure, eſt, & quoad proprietatem & quoad uſumtum: quia filiusfam. quoad *caſtrenſe vel ſi caſtrenſe peculium* pro patrefam. habetur.

d quis actionem movebit earum obligationum nomine quarum pater uſumfructum habet?

eſp. Pater, non filius. *hic verſ. ſcilicet.* actio n cenſetur eſſe in fructu. *l.* 24. *ff. de uſ. & . leg.* niſi pater longe abſit; vel filio actio exercitium permiſerit. *l.* 18. §. 1. *ff. de jud.*

uomodo per homines liberos, vel ſervos alienos bona fide poſſeſſos acquiſitio fit?

eſp. Liberi homines & ſervi alieni bona fide eſſi tantum nobis acquirunt ex duabus cauſcil. vel *ex re noſtra*, vel *ex operis ſuis. m.* 1. *h. tit.*

Quænam acquiri dicuntur ex re noſtra?

eſp. Quæ propter rem noſtram acquiruntaliter non acquirenda, veluti ſi *quid ematur* , id eſt, pecunia noſtra.

Quænam

Quænam dicuntur acquiri ex operis?

Reſp. Quæ opera alii præſtita parantur, & propter mercedem operæ acquiruntur; ve ſi ſervus *pictor præſtet alicui operas picto faber operas fabriles*, harum operarum me eſt id, quod dicimus parari ex ejus operis.

Extra has cauſas ſi quid acquirant, cui acquirunt?

Reſp. Si liberi ſint & bona fide poſſeſſi ipſis acquirunt, ſi vero ſint ſervi alieni b fide poſſeſſi, dominis proprietatis acquirun

Quomodo acquiſitio fit per ſervos alienos in qu bus uſumfructum vel uſum habemus?

Reſp. Hic eadem regula traditur quæ ſu quod ſcil. *quicquid ex operis vel re ſua ac runt, nobis acquirant*, quod vero extra *iſtas cauſas* acquirunt ad dominum proprietatis tineat. §. *per eum. 2. h. tit.*

Sed quomodo uſuarius poteſt ex operis ſervi a quirere, cum operas ſervi locare non poſſit?

Reſp. Ponendi ſunt termini habiles, ut is in ſervo uſum habet aliquid faciendum co xerit, & in eo faciendo operis ſervi ſit u mercedemque pro operis illis ſtatuerit, quod dem conſtat uſuarium facere poſſe. *l.* 13. *ff uſ. & hab.*

Atque hæc de ſervo unius; ſed *quid ſi ſit vus communis plurium dominorum, an o bus acquirit, & pro qua parte?*

Reſp. Servus communis plurium domino omnibus acquirit, & pro ea parte qua do ſunt, id eſt, non *ex æquis partibus*, ſed pr quibus dominium in ſervo habent. §. *ult pr. hic.* quia cum ratio acquiſitionis ſit in minio, etiam pro ea parte qua domini ſunt

qui

ſitio fieri debet, idque eſt perpetuum; prius
eſt perpetuum, quia non ſemper omnibus
ninis acquiſitio fit.

Suntne ergo caſus quibus non fit acquiſitio?

Reſp. Sunt; vel enim impeditur acquiſitio
i *voluntate*, vel *conditione rei acquirendæ*.

Quomodo ſervi voluntate?

Reſp. Si ſervus *nominatim* uni ex dominis
uletur, vel *juſſu* unius domini, tunc enim
oli acquirit cui ſtipulatus eſt, vel qui juſſit.
t. hic. verſ. excepto.

Quomodo conditione rei?

Reſp. Si res unius ex dominis propria ſit,
enim quia ei acquiri non poteſt alteri ac-
itur, quemadmodum *ſupr.* §. *ult. de ſtip.*
. dictum eſt.

AD TIT. XXX.

Quibus modis tollitur Obligatio.

HActenus dictum eſt de *obligatione* per *contractum* vel *quaſi contractum* conſtituen-
nunc dicendum eſt de ea *diſſolvenda*.

Quot ergo modis obligatio tollitur?

Reſp. Duobus modis generalibus, nimirum
pſo jure, aut *ope exceptionis*.

Quibus modis tollitur obligatio ipſo jure?

Reſp. Hi modi partim ex *facto* & *voluntate*
rum contrahentium contingunt, partim ſine
ipſorum contrahentium *conditione ipſius rei*,
nteritu rei debitæ, &c.

An omnes hi modi hoc tit. *enumerantur?*

Reſp. Non omnes, ſed ii tantum, quibus *ipſo*
jure

jure obligatio tollitur, & inter eos hi tantum,
ex *facto contrahentium* naſcuntur, non vero
conditione rei.

Quot igitur ex his modis hic enumerantur?

Reſp. Quatuor, nimirum *ſolutio*, *acceptil*
novatio, & *contrarius conſenſus*.

Quis eſt primus modus?

Reſp. Primus modus eſt *ſolutio*; ſolut
enim ejus quod debetur omnem obligatio
tolli, definitio juris certi eſt tradita *hic in pr.*

Quid eſt ſolutio?

Reſp. Solutio eſt *naturalis præſtatio ejus*
debetur.

Cur dicis naturalis præſtatio?

Reſp. Quia non eſt ſolutio, niſi id quod
betur præſtetur, & *præſtetur naturaliter*, id
vere; cum ſcil. quod verbo dicitur, id ipſum
re eſt & natura: hac nota *ſolutio* diſtingu
ab *acceptilatione*, quæ alioquin etiam ſolutio
citur. §. 1. *h. tit.* ſed *ſolutio imaginaria*,
in *ſolutione* res præſtatur, in *acceptilatione*
rei præſtatio intervenit.

Quid intelligitur verbo præſtandi?

Reſp. Verbum *præſtandi* generale eſt,
omnia pertinens quæ in obligatione verſar
ſive res detur quæ dari debuit, ſive quod
debeat fiat; ſic enim dictat regula, *ſolutione*
quod debetur tolli omnem obligationem. pr. h.

Sed an omnis præſtatio ſolutio eſt?

Reſp. Non omnis, ſed tunc demum cum
præſtatur quod debetur, nam ſi præſtetur q
non debetur, non tollitur obligatio, quæ
vinculum ejus rei ſolvendæ quæ ex obligatione
betur.

Qu

ando ergo debitor non præſtat quod debetur?

eſp. Hoc contingit cum verus debitor aliud it quam debet; ideo aliud præſtando debi- non intelligitur ſolvere, nec ea præſtatione atur.

nunquam debitor aliud ſolvendo liberatur?

eſp. Quod ſic, ſi ſcil. volenti creditori ſolvat; *volenti creditori aliud pro alio recte ſolvi- verſ. vel ſi quis. in pr. hic.* proficitque res berationem non minus, quam ſi eadem res a eſſet. *l. manifeſti. C. de ſolut.* quippe vo- non fit injuria. *l. nemo.* 145. *ff. de R. I.*

tqui videtur obſtare præcedens regula, quæ dictat, ſolutione ejus quod debetur obliga- tionem tolli, *ergo non alterius?*

eſp. Cum alia res ſolvitur eadem illi res intelligitur, quamvis enim alia res ſit ſpe- tamen voluntas creditoris eandem fecit; nim re contentus fuit, quo & ipſo illi ſatis- m eſt; *ſatisfactio* autem pro *ſolutione* cedit.

d quemadmodum id quod debetur eſt ſolven- dum, an ita etiam verus debitor ipſe ſolvere debet, an vero alius pro eo?

eſp. Nihil refert utrum ipſe debitor ſolvat ius ejus nomine, non ſolum ſi ſolvat man- ipſius debitoris, verum etiam ſi hoc faciat rante debitore, aut etiam invito, ut hic *nec intereſt.* poteſt enim quilibet alterius litionem facere meliorem, non ſolum ſci- & volentis, ſed etiam inviti & ignorantis. *vendo.* 39. *ff. de neg. geſt.*

rgo beneficium invito acquiretur, contra regulam juris. *l. invito.* 69. *ff. de R. I.*

eſp. Sane acquiretur *invito,* ſed non contra *m regulam juris,* quæ de iis ſcripta eſt quæ recta

recta cuiquam acquiruntur, non quæ per c[…] ſequentiam; ſi enim acquiſitio in alicujus p[…] ſona ſemel recte conſtitit, nihil prohibet […] commodum per conſequentiam ad alios et[…] invitos & ignorantes pertinere, ut in hoc c[…] ubi ſolutum creditor principaliter accipit, in […] jus perſona recte conſiſtit ſolutio; qua con[…] tuta accidit per conſequentiam ut ſolutio[…] commodum etiam ad debitorem pertineat, at[…] ita ipſe liberetur. *l. in omnibus. ff. de ſolut.*

Quis eſt effectus ſolutionis?

Reſp. Quod per eam *omnis obligatio* tollit[…] & uno ſolvente omnes liberantur; nam […] principalis ſolutio liberat fidejuſſorem, & v[…] verſa fidejuſſoris ſolutio reum principalem. […] *verſ. item ſi.*

Sed an non intereſt quo nomine fidejuſſor ſolvat?

Reſp. Quod ſic; nam ſi fidejuſſor nomine […] bitoris principalis ſolverit, uterque liberatur […] *jure*; ſi vero fidejuſſor ſuo nomine ſolverit, […] principalis tantum liberatur *per exceptionem. l.* […] *ff. mand.*

Quis eſt ſecundus modus?

Reſp. Secundus modus diſſolvendi obliga[…] nem eſt *acceptilatio.*

Quid eſt acceptilatio?

Reſp. Acceptilatio *hic* definitur *in pr.* §[…] quod ſit *imaginaria ſolutio.*

Cur dicitur imaginaria ſolutio?

Reſp. Quia creditor verbis fatetur ſe accep[…] quod non accepit; in quo differt *acceptilat*[…] *ſolutione*, quia ſolutio eſt vera & naturalis p[…] ſtatio ejus quod debetur.

Quom[…]

Quomodo ſit acceptilatio?

[R]eſp. Per *interrogationem* debitoris, & *re[ſpon]ſionem* creditoris acceptum ferentis, in qua [inte]rrogatione debitor creditorem rogat, num [acce]ptum habeat quod debetur, creditor reſpon[de]ſe *acceptum habere*, quæ forma proponitur [hic] *verſ. quod enim.* hinc ex re nomen, quia [qua]n hic debitum *acceptum fertur*, inde dicta [acce]ptilatio.

[A]n quodvis debitum poteſt per acceptilationem tolli?

[R]eſp. Non; ſed ſolum debitum quod con[trac]tum eſt *verbis*; nam & ipſa *acceptilatio ver[bis] [fi]t*, nec poteſt verbis tolli quod verbis con[trac]tum non eſt, hic *verſ quo genere.* ratio eſt [re]gula juris quæ dictat, *quibus quidque modis [cont]ractum eſt, iiſdem & diſſolvi rebus. in con[trar]ium actis. l. nihil tam.* 35. *ff. de R. I.*

[S]ed an nunquam obligationes alio modo contractæ per acceptilationem tolli poſſunt?

[R]eſp. Obligationes *re*, aut *literis*, aut *conſenſu* [cont]ractæ, poſſunt per *ſtipulationem* novari, at[que] ita in obligationem verborum transfundi, [ata]que per *acceptilationem* ipſo jure tolli. *hic [verſ.] ſed & id.*

An tantum totum debitum, an vero etiam pars debiti accepto ferri poteſt?

[R]eſp. Non tantum totum debitum, ſed & [pars] accepto ferri poteſt, ut ſicut partis *ſolutio[ne i]ta* & *acceptilatione* pro parte liberatio con[tingi]t. *hic verſ. ſicut.*

[Se]d quomodo, cum creditor non cogatur accipere particularem ſolutionem?

[R]eſp. Hoc cum hac limitatione accipiendum eſt,

eſt, ſi modo ſolutio fiat volente creditore
quod docet comparatio *ſolutionis* cum *accep-tione*, quæ non fit niſi à volente creditore.

Diximus per *acceptilationem* tantum *verb-obligationem* tolli, niſi prius *debitum nov-* per *ſtipulationem*, & deinde per *acceptilati-* tollatur.

Eſtne hujus rei aliqua formula?

Reſp. *Imp.* hic in §. *eſt autem.* 2. prop hujus rei formulam, quam vocat *Aquilianam* *-pulationem.*

Cur dicitur Aquiliana ſtipulatio?

Reſp. A *Gallo Aquilio ICto* ejus inventore, & alias formulas excogitavit.

Da exemplum?

Reſp. Ex gr. Si *Titius* mihi debeat centum cauſa *mutui* vel ex cauſa *emptionis*, hæ oblig-nes non poſſunt tolli per *ſtipulationem*; ſi ta ita ſtipulor à *Titio* debitore meo, *Titi prom- mihi ex cauſa ſtipulationis omne id, quod mih quacunquè alia cauſa debes?* hic ſi *Titius* pro-tat, quæcunque ſuberat prior obligatio tran eſt in ſtipulationem, poſtquam *Titius* deb interrogat me creditorem, *habeſne accep- quod tibi hodie promiſit?* ſi reſpondeam *ha* jam *Titius* debitor omnino liberatus eſt; & prior obligatio ſublata eſt per *ſtipulation-* & rurſus *ſtipulatio novans* per *acceptilation* huic ſimilis eſt formula hic tradita *verſ.* *quid &c.*

Quot ſunt hujus formulæ partes?

Reſp. Duæ; quarum prior eſt *novatio* per *-pulationem*, poſterior eſt eam ſecuta *acceptila-* ut ex ipſo textu apparet.

Quis eſt tertius modus?

eſp. Tertius modus diſſolvendi obligatio-
n eſt *novatio.*

Quid eſt novatio?

eſp. Novatio eſt *prioris debiti in aliam civi-
vel naturalem obligationem transfuſio atque
ſlatio,* hoc eſt, cum ex præcedenti cauſa ita
a conſtituitur, ut prior perimatur; unde &
ationis verbum, quod ex priore obligatione
ſtituatur *nova. l.* 1. *ff. de novat.*

uænam ergo requiruntur in omni novatione?

eſp. Tria; *primo* nova obligatio jure conſti-
, *ſecundo* vetus obligatio quæ in hanc dedu-
ſit, *tertio* animus novandi: quæ omnia ſi
currant, perficitur *novatio* ab his à qui-
& liberatio eſſe potuit; ſi quid deeſt, *no-
o* non erit, ſed aut duæ erunt obligationes
r & poſterior, aut ſi poſterior exitum non
bit, ſemper ſalva manebit prior.

Quot modis nova conſtituitur obligatio?

eſp. Duobus modis; vel enim fit per inter-
um *novæ perſonæ*, vel per interventum
e rei.

*uot modis per interventum novæ perſonæ
novatio contingit?*

eſp. Tribus modis; vel mutata perſona *de-
is* & *non creditoris*, vel mutata perſona *cre-
is* & *non debitoris*, vel mutata perſona
ſque, tam *debitoris* quam *creditoris.*

*uomodo mutata perſona debitoris, non cre-
ditoris fit novatio?*

eſp. Si ego *Titio* debeam centum, & *Sem-
ius* pro me centum per *ſtipulationem Titio*

 promittat,

promittat, ſic *ego* debitor liberor, & *Sem* *nius* fit debitor.

Quomodo mutata perſona creditoris, & n debitoris?

Reſp. Si tu nihil debeas *Sempronio*, mihi tem centum debeas, & ego dicam *Sempr* centum quos mihi debet *ille* tibi præſtabit, poſtea ſtipulanti *Sempronio* centum promi hic mutatur perſona creditoris & tu mane bitor.

Quomodo novatio fit mutata perſona utriu que tam debitoris, quam creditoris?

Reſp. Cum *ego* delego *Sempronio* cred meo *Cajum* debitorem meum; hic enim *pronius* creditor meus pro me accipit *Cajum* bitorem meum, & ita mutatur perſona de ris, & viciſſim *Cajus* debitor meus pro *me ditore* accipit *Sempronium* creditorem meum ita mutatur perſona creditoris, quæ *no* vocatur *delegatio*; quo caſu, interventu *perſonæ* transfertur obligatio de perſona ad ſonam, & prima tollitur tranſlata in poſt rem. hic, §. *præterea.* 3. *verſ. nam.*

An non interdum vetus obligatio tollitur quamvis nova non conſtituatur?

Reſp. Id fit uno caſu.

Da exemplum hujus caſus.

Reſp. Si quis ſtipuletur à *pupillo* ſine tu auctoritate ſibi dari id, quod alter debet: enim *vetus* obligatio tollitur, ſed *nova* non ſtituitur; namque prior debitor liberatur *novationem*, quamvis *pupillus* non obligetur, ſine tutore promiſit: itaque res amittitur eſt, obligatio omnino perit; ut hic, *verſ. ad*

A

An non aliquando neque vetus obligatio tollitur, neque nova conſtituitur?

Reſp. Quod ſic, ſcil. ſi quis à ſervo novandi ſa ſtipulatus fuerit, quod alius ipſi debet: tunc n actus eſt in totum inutilis, & neque prior gatio tollitur neque nova conſtituitur; quia us novandi gratia promittere non poteſt. *verſ. non idem.*

Quænam eſt ratio differentiæ inter ſervum & pupillum novandi animo promittentem?

Reſp. Ratio differentiæ eſt, quia ſervi nulla ona eſt, ideoque ſervus novandi cauſa proens nullo modo obligatur, in omni enim atione perſonam intervenire oportet. *l.* 14. *n. ff. de novat.* pupillus vero perſonam ha- quamvis obligari non poſſit ſine tutoris auitate; itaque quamvis pupillus quoad ſuam onam obligari non poſſit, tamen reſpectu um obligari poteſt; imputet ergo ſibi cre- qui à pupillo ſine tutoris auctoritate ſtipu- ſit, cum ſciverit, vel ſcire debuerit eum gari non poſſe. *l.* 19. *ff. de R. I.*

Quomodo per interventum novæ rei, eadem perſona manente, novatio contingit?

Reſp. Hoc caſu duo requiruntur: *Primo*, ut oſteriore ſtipulatione aliquid novi ſit, puta *lies*, vel *conditio*, ut puta ſi cum prius *pure* retur, novandi cauſa ſub *conditione* vel *in* promittatur. hic, *verſ. ſed ſi eadem. Secun-* it hoc ipſum expreſſe dictum ſit à contraibus, quod hanc poſteriorem ſtipulationem ndi cauſa interponant, alioquin non eſſe *tionem*, ſed prioris obligationis confirmam. hic. *verſ. ſed cum.*

uid ergo ſi à contrahentibus non fuerit expreſſum quod hoc novandi animo fecerint?

Reſp. Tunc duæ ſunt obligationes; *vetus* c ſublata non eſt per *novam*, & *nova* quæ ad terem acceſſit. hic, *verſ. alioqui.*

An ergo ex utraque exigi poteſt?

Reſp. Quod non, ſed ſi ex una ſolutio f ſit, tollitur & altera; quia quamvis ſint duæ o gationes, ſunt tamen unius rei, & *bona fides patitur bis idem exigi. l. bona fides.* 57. *ff. de*

Quis eſt quartus & ultimus modus tollend obligationis?

Reſp. Eſt *contrarius conſenſus*; hoc eſt, q do conſenſu ſolo, nulla alia re ad conſenſum cedente, obligatio tollitur.

An non etiam unius voluntate obligatio to poteſt?

Reſp. Nequaquam; quia *contractus ab tio ſunt voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis. l.* 5. *C. de obl. & act.* ſequitur ergo, ut, qui ob tus eſt, non ſit ei liberum ſua voluntate ab gatione recedere.

Quomodo ergo accipiendum quod dicitur co trario conſenſu *obligationem diſſolvi?*

Reſp. Id accipiendum non de *voluntate* u ex contrahentibus, ſed *voluntate mutua*; id utriuſque contrahentium conſenſu, & non a

An quævis obligatio hoc modo conſenſu co trahentium tollitur?

Reſp. Non quævis, ſed ea tantum quæ *co ſenſu* contracta eſt; quia *nihil tam natural quam eodem genere quodque diſſolvi, quo collig eſt. l. nihil tam.* 35. *ff. de R. I.*

Sed an hoc caſu non ſunt quædam requiſita

Reſp. Hoc caſu duo requiruntur; *prim* diſcedatur ab his obligationibus utriuſque p

conſ

ſenſu. *hic.* §. 4. *in pr.* *Secundo*, ut hoc fiat *ntegra*, ſeu, ut *hic* dicitur, re non ſecuta.

Quando dicitur res integra?

eſp. Quando contractus eſt quidem perfe-, ſed nondum impletus; nam *emptio ac litio* perficitur *nudo conſenſu*, ſed impletur rte *venditoris* traditione rei, à parte *emptoris* tione pretii. itaque tunc *rem integram* eſſe mus, cum neque à venditore res tradita eſt, ie ab emptore pretium ſolutum. hic, *verſ. ſi.*

Da exemplum.

eſp. Ex. Gr. ſi convenerit inter *Titium* & *m*, ut *Sejus* fundum *Tuſculanum* emptum ret *centum* aureis, deinde re nondum ſe-, id eſt, neque fundo à parte *venditoris* tra-, neque pretio à parte *emptoris* ſoluto, pla-it inter eos ut à contractu *emptionis* & *ven-nis* recederetur, placet hoc modo hanc ob-ionem diſſolvi, & utrumque invicem libe-; quia hic contractus eſt quidem *perfectus*, ıon *impletus*, & cum perficiatur *nudo con-*, poteſt etiam contrario *conſenſu* diſſolvi, *iximus*; idque non ſolum obtinet in hoc ractu, verum etiam in *locatione conductione*, iis ſimilibus contractibus, qui *conſenſu* per-ntur, dummodo id fiat *re integra*.

d an etiam aliquando re non integra poteſt emptio nudo conſenſu diſſolvi?

eſp. Poteſt, dummodo partes rem in pri-m ſtatum reſtituant; verbi gratia, *emi à ndum*; hæc emptio etiam nudo conſenſu, at res inempta, diſſolvitur: ſive hic con-ıs ab utroque contrahentium interponatur *tegra*, id eſt, antequam pretium tibi ſol-tu fundum mihi tradas, ſive fiat poſt *ſolu-*

tum pretium, vel *rem traditam* ab alterutro
ſtrûm, dummodo ſi emptor *rem* accepit
reſtituat, vel ſi *pretium* ſolvit id recipiat;
enim intereſt utrum ab initio *res integra* fu
an poſtea retrotraditione facta redintegre
l. ab emptione. 58. *ff. de pact*.

An non ſunt etiam alii modi, præter jam e
poſitos, *quibus obligatio tollitur ipſo jure?*

Reſp. Sunt; videlicet, *primo* compenſa
ſecundo confuſio, *tertio* oblatio, conſignatio
depoſitio, *quarto*, interitus rei debitæ; ſed
de iis *hoc loco* non agitur, ideo de *his* plura
proponemus.

AD
LIBRI QUARTI
TIT. I.

De obligationibus quæ ex Delicto naſcuntur.

Xpoſitis *obligationibus*, quæ *ex contractu*, vel *quaſi contractu* naſcuntur; ſequuntur *gationes ex delicto*.

Quænam ſunt proprie delicta?

eſp. Delicta proprie dicuntur quæ ſunt *pri-a*, qualia ſunt furtum, rapina, damnum, in-a; crimina vero, quæ *publica* ſunt.

Quot ſunt maleficiorum genera?

eſp. Quatuor; vid. *privata, extraordinaria, ica, & popularia*.

Quænam ſunt privata?

eſp. Privata ſunt, ex quibus non poteſt qui- agere, ſed tantum is, ad quem ea res per-t, ſeu cujus intereſt; reliquorum autem cri-um perſecutio cuivis è populo competit.

Quænam ſunt publica?

eſp. Publica ſunt, quæ legibus publicorum ciorum conſtituta ſunt, & ex iiſdem legibus am pœnam acceperunt, ut *Julia* de adulte- *Cornelia* de ſicariis.

Quænam ſunt popularia?

eſp. Popularia vocantur, quibus edicto præ-

 toris

toris certa pœna irrogatur, veluti propter *bum corruptum.*

Quænam ſunt extraordinaria?

Reſp. Extraordinaria dicuntur, quibus non eſt certa pœna conſtituta, ſed arbitrio j cis delinquentes puniuntur, ut *prævaricatio*

Quot ſunt hujus tit. partes?

Reſp. Hujus tit. duæ ſunt partes; *prima ge ralis* de quolibet maleficio, *altera ſpecialis* furto.

Quid continet pars generalis?

Reſp. Pars generalis habetur *pr. hujus tit* qua, poſt tranſitionem, de qua diximus *in primo* traditur proprietas quædam obligation ex delicto, *deinde* ſpecies delictorum enu rantur.

Quænam eſt iſta proprietas?

Reſp. Quod ex contractibus quidem natæ ligationes ſunt quatuor generum: vel enim vel *verbis*, vel *literis*, vel *conſenſu* contrah tur. §. *ult ſupr. de obl.* At obligationes ex *licto* omnes ſunt unius generis, naſcuntur e omnes ex *re*, id eſt, ex ipſo delicto.

Atqui injuria non ſolum re, ſed etiam ve fieri poteſt; idque non ſolum ore pro ſed etiam ſcriptis. §. 1. infr. de injur.

Reſp. Quemadmodum *emptio & venditio* citur *ſolo conſenſu* perfici, licet interdum *v* vel *literæ* interveniant; ita etiam *injuriam* tum *re* fieri dicimus, quamvis aliquando *v* vel *literæ* adhibeantur: quia id ſpectamus quo tanquam ex *vero fonte* proxime & im diate *obligatio* oritur. talis fons in emptione *conſenſus*, etiamſi *verba* vel *ſcriptura* ei acced

[e]t ſimiliter hic talis fons eſt *delictum*, id [eſ]t, factum, quamvis *verba* vel *literæ* acce[da]nt. Nam & *verborum prolatio* & *ſcriptio* fa[ct]um quoddam ſunt, non minus quam *manuum* [contrect]atio.

Quot ſunt ſpecies privatorum delictorum?

Reſp. Quatuor; *furtum*, *rapina*, *damnum*, *in[ju]ria*; de quibus ordine dicendum.

Unde hæc generalis diviſio deſumpta?

Reſp. Ex iis rebus, quæ cuique detrahuntur; [d]*elictum* enim omne vel verſatur circa *perſonam* [&] vocatur *injuria*, vel circa *res* & vocatur *alie[ni] detractio*, hæcque alieni detractio fit vel *damno* [&] vindicatur *lege Aquilia*, vel *ſubtractione*, eaque [ve]l eſt *violenta* & vocatur *rapina*, de qua *tit.* [...]. vel *clandeſtina* & vocatur *furtum*, de quo [...] *hoc tit.*

Quid eſt furtum?

Reſp. Furtum eſt contrectatio fraudulosa, lu[cri] faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam uſus [eju]s poſſeſſioniſve, quod lege naturali prohibi[tu]m eſt admittere. §. 1. *h. tit.*

Quænam ſunt ex hac definitione notanda?

Reſp. Tria eſſe, quæ furtum conſtituant: *pri[mo]* contrectatio rei, *deinde* ea fraudulosa, *tertio* [qu]æ inſtituatur lucri faciendi gratia: lucri, in[qu]am, vel *rei*, vel *uſus*, vel *poſſeſſionis*.

Quid ſignificat contrectatio?

Reſp. Contrectatio eſt rei attrectatio quæ fit [ma]nibus, quæ in rebus mobilibus tantum locum [ha]bet, & ideo dicitur *rerum mobilium tantum* [fur]*tum fieri*. §. 7. *ſupr. de uſucap.* hoc verbo [eti]am indicatur, ſolo animo & cogitatione fur[tu]m non fieri, ſed re & facto. §. *interdum*. 11.

 h. tit.

h. tit. non tamen requiritur ut res amoveat, ſed ſufficit ut contrectetur, quamvis eodem lo maneat: ut, ſi depoſitarius re depoſita utat, aut commodatarius re commodata aliter, qua debuit. §. *furtum. 6. h. tit.*

Cur additur fraudulоſa?

Reſp. Quia non ſola contrectatio furtum cit, ſed ita, ſi eſt *fraudulоſa*; fraudoloſa aut eſt quæ fit fraudandi animo, furtum autem affectu furandi non committitur. §. 7. *h.* fraus vero adeſt, cum quis rem alienam cont ctat ſciens invito domino, idque ſe ita fac intelligit.

Cur additur in definitione lucri faciendi gratia?

Reſp. Quia voluntas & propoſitum diſting maleficia. *l.* 53. *ff. de furt.* Si quis ergo rem n hoc animo contrectat, ut lucrum faciat, ſed t tum ut domino noceat, non eſt furtum, damnum. *l.* 22. *l.* 39. *& d. l.* 53. *eod. tit.* D tamen animus lucrandi adſit, nihil intereſt quis velit lucrum facere totius rei, an v uſus tantum, an vero ſolius poſſeſſionis, id eſt quod additur in definitione, *vel ipſius vel etiam uſus ejus, poſſeſſioniſve*; nam his tri modis contingere poteſt, ut fur lucrum faciat

Quando fit lucrum ipſius rei?

Reſp. Cum rem intervertit ut ſibi habeat, diſſimulans ſe habere, vel domino petenti ſci denegans, ut *ſervum*, vel *veſtem*, vel *quaml rem alienam mobilem.*

Quomodo fit lucrum uſus rei?

Reſp. Cum depoſitarius utitur re depoſ quam non vult retinere, ſed domino repoſc reſtituere; aut commodatarius aliter utitur

commod

mmodata, quam debeat. *d. §. furtum. 6. h. tit.*

Quomodo ſit lucrum ſolius poſſeſſionis?

Reſp. Cum debitor pignus creditori traditum ripit; hic enim non poteſt dici rem ipſam rari, quia traditione pignoris dominium non iſit, ſed retinuit: itaque tantum facit furtum ſſeſſionis. §. *aliquando.* 10. *infr. h. tit.*

Cur additur quod lege naturali prohibitum eſt admittere?

Reſp. Quia furtum non tantum jure civili, ſed am natura turpe eſt. *l.* 42. *ff. de V. S.* per *le-n* enim *naturalem*, non *jus naturale*, ſed *ra-nem naturalem* vel *jus gentium* intelligimus; oniam hoc jure dominia rerum diſtincta fue-nt. *l.* 5. *ff. de juſt. & jur.*

Nec obſtat, quod apud quaſdam gentes ut Ægyptios & Lacedæmonios *furta fuerint licita. Gell. lib.* 11. *c. ult.*

ſp. Non tam ſpectandum quid Romæ fiat, am quid fieri debeat. *l.* 12. *ff. de off. præſ.* ec enim quarundam gentium perverſi mores *gentium* immutare poſſunt.

Unde dicitur furtum?

Reſp. Etymologia furti traditur in §. 1. *h. t.* i dicitur, quod furtum vel à *furvo*, id eſt, ni-, quia clam & obſcure fiat, & plerunque cte; vel à *fraude*, nam fur omnis & frauda-eſt; vel à *ferendo*, id eſt, auferendo; vel ræca voce φὼρ, quod venit ἀπὸ τοῦ φέρειν, id eſt, erendo.

Quænam ex his etymologiis eſt optima & veriſſima?

Reſp. Ultima, ut ſcil. *fur* à *ferendo* dicatur, æ eſt ex re ipſa & natura furti ſumpta, quod non niſi

niſi in rebus mobilibus, quæ auferri poſſunt, cum habet. *l.* 38. *ff. de uſucap. l.* 45. *ff. h. t.* §. *quod autem.* 7. *ſupr. de uſucap.*

Quot ſunt furti genera?

Reſp. Duo; *manifeſtum*, & *nec manifeſtum*: nam *conceptum* & *oblatum* ſpecies potius ſunt actionis furti, quam furtorum genera; idemque etiam de furto *prohibito* & non *exhibito* dicendum, ut ex ſequentibus apparebit. §. 3. *pr. hic.*

Quod eſt furtum manifeſtum?

Reſp. In quo fur deprehenditur, ſive in ipſo criminis loco, ſive antequam furtum ad locum deſtinatum pertulerit; nec intereſt ubi, vel à quo deprehenſus fuerit, utrum in *publico* vel *privato*, ſive *à domino* ſive *ab alio. d.* §. 3. *in verſ. manifeſtus.*

Quod eſt furtum nec manifeſtum?

Reſp. Quando fur quidem in ipſo furto deprehenſus non eſt, ſed tamen furtum feciſſe negari non poteſt. *l.* 5. §. *ult. & l.* 8. *h. tit.* quando ſcil. furtim & clam aliorum bona aufert: vel uti hic dicitur, *nec manifeſtum eſt quod non eſt manifeſtum. verſ. nam quod. eod.* §. 3. *hic.* nam contrariorum eadem eſt ſcientia.

Sed hæc diviſio hodie non magni eſt uſus, quia apud nos eadem ratio eſt de furto quocunque modo contracto & commiſſo. *Damhoud. prax. crim. cap.* 110. *n.* 50.

Eſtne ergo alia furti diviſio, quæ moribus noſtris *majorem habeat uſum?*

Reſp. Eſt: nam *primo* furtum aliud eſt *diurnum*, aliud *nocturnum*; *diurnum* eſt quod de die fit, *nocturnum* eſt quod noctu fit.

Quomodo differt fur diurnus à nocturno?

Re-

Reſp. Quod diurnum furem occidere non liceat. *l.* 4. §. 1. *ff. ad l. Aquil.* niſi ſe telo defendat; ſed nocturnum furem occidere liceat, modo id prævia acclamatione teſtificetur, quia nox aggravat delictum. *l. aut facta.* 16 §. 5 *ff. de pœn.* & non poſſumus ſcire an animo furandi, an occidendi veniat.

Eſtne etiam alia diviſio?

Reſp. Eſt; nam *ſecundo* furtum aliud eſt *ſimplex*, aliud eſt *qualificatum*.

Quid eſt furtum ſimplex?

Reſp. Furtum ſimplex, ſeu non compoſitum eſt, quod ſine aliqua alterius criminis compoſitione conſtat; ſive cui nullum aliud crimen aggravans conjunctum eſt.

Quid eſt furtum qualificatum?

Reſp. Quod eſt compoſitum cum alio crimine, vel quod aliquo additamento vel circumſtantia aliqua gravante conduplicatum eſt.

Ex quot capitibus dicitur potiſſimum furtum qualificatum?

Reſp. Ex tribus: *Primo*, ſi fur armata manu furetur; *Secundo*, ſi furetur effractis foribus vel feneſtris; & *Tertio*, ſi ter fuerit de furto convictus & condemnatus, tum enim *quartum* dicitur *furtum qualificatum*.

Eratne olim & alia diviſio furti?

Poſt *primam* actionum diviſionem propoſi-n & expoſitam, Imp. *in* §. *ſequens*. 16. *ſecun-m* actionum diviſionem proponit, quam *ſe-entem* hic vocat, quia primam proxime præ-dentem ſequitur.

Cur Imp. hanc vocat ſecundam, ſive ſequentem?

Reſp. Non quia ipſe eam ſecundo loco col-cavit, ſed quia recto ordine *primam* & præ-:dentem ſequitur: cum enim conſtiterit quis ım quo recte agat (quod primum eſt in actio-e recte inſtituenda, & *ſuperior diviſio* docet) oximum eſt ut quæratur, quid peti oporteat, ıod *ſequens* hæc *diviſio* oſtendit.

Quem uſum habet hæc diviſio?

Reſp. Quod hæc diviſio triplicem habet u-uſum;

ſium; *primo*, ut norimus quid petere liceat, *ſecundo*, intra quæ tempora, & *tertio*, num etiam adverſus heredes actio detur: quorum *primum* hæc diviſio rectà oſtendit, *ſecundum* & *tertium* tantum per conſequentiam.

Quænam ergo eſt hæc ſecunda diviſio?

Reſp. Quod quædam actiones *rei perſequendæ* gratia comparatæ ſunt, quædam *pœnæ perſequendæ*, quædam utriuſque gratia, & *rei & pœnæ* quæ proinde dicuntur *mixtæ*. §. 16. *h. tit.*

Quid hoc ſignificat, actionem rei perſequendæ gratia comparatam eſſe?

Reſp. Rei perſecutionem actionem continere nihil aliud eſt, quam ea actione perſequi illud, quod nobis ex patrimonio abeſt. *l. in honorariis.* 35. *ff. de obl. & act.* ut hic ſubintelligatur pronomen poſſeſſivum *meæ*, & ita dicatur actio *rei perſecutionem* continere, qua *rem meam* perſequor; cum alias rei vocabulo generaliter accepto etiam *pœna* contineatur, quia etiam *pœna res* eſt. *l. rei.* 23. *ff. de V. S.*

Quænam actiones dicuntur pœnæ perſecutionem continere?

Reſp. Quibus perſequimur id, quod nobis ex patrimonio non abeſt, ita ut membra hujus diviſionis ſint inter ſe oppoſita atque diſtincta; ac verbum *pœnæ* ſolum ad *pœnam legitimam* coangustetur, quæ ita eſt *pœna*, ut ei non inſit *rei perſecutio.*

Quid continetur appellatione ejus quod nobis ex patrimonio abeſt?

Hæc quatuor: *Primum*, quod eſt in patrimonio noſtro, ſed ab alio tenetur; *Secundum*, quod in patrimonio eſſe deſiit, ſed ex obligatione nobis reſtituendum eſt; *Tertium*, quod nobis debetu

ur ex contractu; *Quartum*, quodcunque ejus od nobis abeſt æſtimationem continet, qua- eſt æſtimatio, quæ fit ex jurejurando in li- n. *l.* 1. *ff. de in litem jurand.* qualis item pœ- conventione promiſſa. §. *ult. ſupr. de verb.* nam quibuſcunque actionibus horum quid ſequimur, eas dicimus rei perſecutionem ntinere, ut ſubjecta genera declarant.

Quænam ſunt actiones rei perſecutoriæ?

Reſp. Id diviſio prima oſtendet, qua omnis o dicitur eſſe aut *in rem* aut *in perſonam*; & perſonam vel *ex contractu*, vel *quaſi contra-* vel *ex delicto*, vel *quaſi delicto*. de ſingulis ſic endum: *omnes in rem actiones rei perſequen- gratiâ comparatæ ſunt*, hoc *Imp.* ita definit *pr. hujus* §. quippe his rem noſtram, aut ad noſtrum pertinentem perſequimur, id eſt, d nobis abeſt *ex patrimonio*; actiones *in ſonam ex contractu* omnes item rei perſecu- nem continent, excepta una ſcil. *depoſiti*, e duabus conditionibus. *hic* §. 17. *verſ. plane.*

Quænam illæ actiones ſunt?

Reſp. *Prima* eſt, ſi quid depoſitum ſit *tumul- ruinæ, naufragii, incendii cauſa*; propterea d, qui ex his cauſis deponit, non habet ſatis poris ad eligendam perſonam idoneam pe- quem deponat: & cum, propter talem ca- , dignus ſit miſericordia, augetur perfidia de- tarii nolentis reddere depoſitum; eoque o prætoria *in duplum* datur.

Quales ſunt actiones ex maleficiis deſcen- dentes?

Reſp. Omnes aut *pœnales*, aut *mixtæ*. §. *ex maleficiis* 18. *h. tit.* excepta una, quæ vocatur *condictio furtiva*, quæ quamvis *ex delicto* de- ſcendat, tamen *rei perſecutoria* eſt, quia ea

actione

actione perſequimur *quod nobis abeſt ex patrin nio. hic, verſ. eo.*

Quænam actiones ex maleficiis deſcendentes ſunt mere pœnales?

Reſp. Duæ; actio ſcil. *furti nec manifeſ* qua duplum, & *manifeſti* qua quaduplum titur, hoc enim ſolum *pœna* eſt, nec res i ineſt; nam illa per alias rei perſecutorias act nes petitur tam à fure quam quolibet alio, à fi quidem *condictione furtiva*, ab alio *rei vin dicatione. hic, verſ. pœnam tantum &c.*

Quænam actiones ex maleficiis deſcendente ſunt mixtæ?

Reſp. Duæ; actio *vi bonorum raptorum*, actio *legis Aquiliæ. hic. §. vi autem.* 19.

Cur actio vi bonorum raptorum dicitur mixta?

Reſp. Quia dum *quadruplum* ea actione p tur, ipſa res rapta ineſt, adeo ut *triplum* pœ loco exigatur.

Cur actio legis Aquiliæ dicitur mixta?

Reſp. Quia ſi reus conventus neget ſe d num dediſſe, & deinde convincatur, tene in *duplum*, cujus *ſimplum* eſt *res*, reliquum *pœna*; ſic etiam ſi quis ſervum occidat t damnatur, *quanti is homo eo in anno plurimi rit. hic, verſ. ſed &.*

Quales ſunt actiones in perſonam ex qua contractu deſcendentes?

Reſp. Omnes *rei perſecutoriæ*, utpote pe quentes *quod nobis ex patrimonio abeſt*, ut l intelligere ex omnibus exemplis ſupra prop tis in *tit. de obl. quæ ex quaſi contr.* excip tamen *hic, verſ. item mixta.* actio perſonali

te

ſtamento competens pro *legatis piis locis* reli-is, quæ hoc caſu *mixta* eſt.

Cur hoc caſu hæc actio dicitur mixta?

Reſp. Quia ſi heres, vel is, qui gravatus eſt teſtatore, conveniatur ut legata ſacris locis licta præſtet, is vero vel neget aliquid reli-um eſſe, vel præſtationem differat, donec in dicium vocetur, convenitur *in duplum* ejus iod relictum eſt, ubi partim *res quæ nobis ex trimonio abeſt* petitur, partim alterum tan-m, in quo eſt *legis pœna*, & per conſequens *ixta* eſt actio. *hic, verſ. Item mixta &c.*

Quales ſunt actiones in perſonam ex quaſi maleficiis deſcendentes?

Reſp. Omnes *mixtæ pœnales*, ut intelligere li-t ex his quæ tradita ſunt *ſupr. de obl. quæ quaſi del. naſc.*

Expoſitis actionibus *mixtis*, quæ partim *rem*, rtim *pœnam* perſequuntur, *Imp.* per occaſio-em & alias actiones ſubjicit, quas & ipſas *ixtas* videri ait, in alia ſignificatione, propterea iod partim in *rem*, partim in *perſonam* eſſe deantur, ut initio §. *quædam* 20. *h. tit.* ex-icatur.

Quot ſunt harum actionum exempla?

Reſp. Tria; nimirum *familiæ erciſcundæ, com-uni dividundo, finium regundorum.*

Quænam eſt actio familiæ erciſcundæ?

Reſp. Eſt actio quæ competit coheredibus de ereditate, ut *hic* ſcriptum eſt *verſ. qualis.* hoc t, qua agit heres adverſus coheredes ſuos, ut communione hereditatis diſcedatur, ſive ut ter eos dividantur res hereditariæ prius in-viſæ. *l.* 1. *ff. fam. erciſ.*

Unde

Unde dicta eſt actio familiæ erciſcundæ?

Reſp. Ab hereditate dividenda; nam *famili* hic hereditatem ſignificat, ut in lege 12. *Tabl* *l.* 195. §. 1. *ff. de verb. ſign.* *Erciſcere* autem an tiquum verbum eſt, quo lex 12. *Tabb.* uteba tur, pro *dividere.*

Ad quid datur hæc actio?

Reſp. Ad duas res; *primo*, rerum heredita riarum diviſionem, *deinde*, ad præſtationes per ſonales.

Quomodo fit rerum hereditariarum diviſio?

Reſp. Si plures ſint res hereditariæ, ſingul res ſingulis heredibus judex adjudicare debet & ſi in unius perſona prægravare videatur ac judicatio, debet hunc invicem coheredi cert pecunia condemnare. §. *ſi familiæ.* 4. *infr.* *a* *off. jud.*

In quibus conſiſtunt præſtationes perſonales?

Reſp. In tribus; quod vel unus *fructus* e rebus hereditariis perceperit, vel *damnum* rebu hereditariis dederit, vel *impenſas* in res heredi tarias fecerit, ut communicentur.

Quænam eſt actio communi dividundo?

Reſp. Quæ redditur inter eos, inter quos re una vel plures communes ſunt, dummodo plu res illæ ſint ſingulæ, ut à communione earum d ſcedatur. *hic. verſ. item communi.*

Quænam res veniunt in hanc actionem?

Reſp. Eædem quæ in ſuperiorem actionen nimirum rerum communium diviſio, & præſta tiones perſonales. *l.* 3. *ff. comm. divid.* itaqu quæ de actione *familiæ erciſcundæ* ſupra dict ſunt, & hic repeti poſſunt.

A

An tamen inter has duas actiones nulla eſt differentia?

Reſp. Eſt; nam *primo*, actio *familiæ erciſcun-* eſt univerſalis, in qua agitur de tota heredi- e dividenda: actio vero *communi dividundo* particularis, in qua agitur de rebus ſingulis; *nde*, actio *familiæ erciſcundæ* non niſi ſemel entari poteſt: actio vero *communi dividundo* es intentari poteſt, quoties aliqua res com- nis eſt.

Quænam eſt actio finium regundorum?

Reſp. Qua inter eos agitur, qui confines agros ent, ut fines regantur, id eſt, dirigantur. *hic.* *ſ. item finium.*

Unde dicitur hæc actio finium regundorum?

Reſp. Quia datur ad hoc ut fines ad ſuam nor- m & certitudinem dirigantur, & quod intra os fines quiſque habet id totum retineat, ſi d amplius id vicino reſtituat. *l.*4. §.*ult.l.ſi ir- tione. in pr. &* §. 1.*ff. fin. reg.*

Quando huic actioni locus eſt?

Reſp. Non ſolum cum poſiti termini vi flu- is, aut aliquo alio caſu ſubmoti ſunt, ſed & n poſitos cuſtodire cupimus, & evidentius di- guere.

Quid ſi fines recte dirimi non poſſint, vel propter inæqualitatem loci, vel propter veterum finium incertitudinem?

Reſp. Tunc permittitur judici aliis finibus evi- tioribus agros diſtinguere; quo caſu, quia eſſe eſt ex unius agro partem aliquam alte- agri domino adjici & detrahi, ideo res tran- ur *adjudicatione* & *condemnatione*. §. *ſi fini-* 6. *infr. de off. jud.*

An

An vere hæ actiones dicuntur mixtæ tam in rem quam in perſonam?

Reſp. Quod non, ſed videntur tantum, *hic in pr.* dicitur: vere enim tantum ſunt *in p*ſonam, non vero *in rem*; quia deſcendunt *obligatione*, quæ naſcitur ex *quaſi contra* propter communionem, ut dictum *ſupr. tit. obl. quæ quaſi ex cont. naſc.* §. 3. & 4. nam a male initio *hujus tit.* dividerentur actiones duo genera, ſcil. *in rem* & *in perſonam*, ſi dar tur actiones *mixtæ*; quia ita videretur aliq dictæ diviſioni deeſſe, quod tamen non eſt cendum.

Poſt *primam* & *ſecundam* actionum divi nem, quibus dictum eſt *cui detur* actio, *con quem*, & *ad quid*; ſequitur *tertia* diviſio, oſtenditur *quantum* quaque actione petatur, qua agitur §. *omnes.* 21. *h. tit.*

Cur hæc diviſio dicitur ordine tertia?

Reſp. Recte, & naturæ ordini convenient primum enim eſt, ut ſciamus *cui detur* act *contra quem*, & *quid quaque actione* petam *rem-ne* duntaxat *an pœnam*, quod priores d diviſiones docent; proximum, ſi *pœna* petat quouſque in ea *pœna* petenda ſupra *rem* prog di liceat, quod hæc *diviſio* aperit.

Quænam ergo eſt hæc tertia diviſio?

Reſp. Quod omnes actiones vel ſunt in *ſi plum*, vel in *duplum*, vel in *triplum*, vel in *qu druplum*; ulterius autem nulla actio extendit *d.* §. 21. *h. tit.*

Quid ſimplum *in hac diviſione ſignificat?*

Reſp. *Simplum* in omni actione vocan quod actori abeſt, quodque eſſet præſtandum nulla pœna amplioris ſummæ lege eſſet con tu

. *ſupr. de vi bonor. rapt. in pr.* hujus *ſimpli* *lum, triplum, quadruplum* intelligendum eſt.

Cur dicitur ulterius nulla actio extendi?

Reſp. Quia, ſive *pœnas legitimas* ſive *conven- ales* ſpectemus, hoc vere in univerſum di- r. De *pœnis legitimis* conſtat, quamvis enim o *furti manifeſti* videatur eſſe in *quintuplum*; en non eſt una actio, ſed duæ diverſæ, una *i* pœnalis in *quadruplum*, altera *condictio*, aut *vindicatio*, quæ eſt *rei perſecutoria* in *ſimplum*.

Atqui in pœna conventionali hoc poſſit falſum videri, quia ibi licet pœnam in infinitum ſtipulari etiam ultra quadruplum.

Reſp. Hoc non obſtare; quantumcunque n eſt quod *pœnæ* nomine ſtipulamur, *ſim- n* eſt, non *duplum*, aut *triplum*, aut quid am- s: *verbi gratia*, ſi ſtipuler à te ædes, quæ ant 100. aureis, poſſim inſuper à te ſtipulari *e* aureos niſi ædes illas mihi dederis, hi tamen *e* aurei tantum veniunt in ſtipulationem no- e *ſimpli*, quia hanc *pœnam* per ſe ſolam ſti- amur, non autem ex comparatione alicujus *li*, quod à *pœna* velimus excedi *duplo*, aut *lo*, aut deinceps; hæc enim vocabula, *du- n, triplum, quadruplum*, ſunt relativa.

Quænam actiones ſunt in ſimplum?

Reſp. Omnes actiones rei perſecutoriæ, ut perſequantur quod unum & *ſimplum* nobis *atrimonio* abeſt; quales ſunt imprimis omnes ones *in rem*, deinde omnes actiones *in per- m* ex *contractu*, vel *quaſi* deſcendentes, ex- ta ſola *depoſiti actione* in quibuſdam cauſis. 7. *verſ. plane. ſupr. h. tit.* quarum hic varia mpla recenſet *Imp.* §. 22.

Quod eſt primum exemplum?

Reſp.

Reſp. Eſt actio *ex ſtipulatu*, quæ datur ſti lanti contra promiſſorem.

Quod eſt ſecundùm exemplum?

Reſp. Eſt actio ex *mutui datione*, id eſt, *ce condictio*, quæ datur creditori pecuniam de tam repetenti à debitore, qui eam mutuam cepit.

Quod eſt tertium exemplum?

Reſp. Eſt actio *ex empto*, quæ datur empt adverſus venditorem ad tradendam rem ven tam, de qua in *tit. de empt. vend.* latius.

Quod eſt quartum exemplum?

Reſp. Eſt actio *ex vendito*, qua venditor emptore petit pretium rei venditæ.

Quod eſt quintum exemplum?

Reſp. Eſt actio *ex locato*, qua locator à co ductore petit mercedem rei locatæ. *l.* 16. *C. cat.* & æſtimationem damni à conductore in locata dati. *l.* 11. *l.* 42. *ff. eod.*

Quod eſt ſextum exemplum?

Reſp. Eſt actio *ex conducto*, qua conduct contra locatorem agit, ut poſſit re conduc uti, alioquin ſibi præſtetur quod ſua intereſt. *l. & duab. ll. ſeqq. ff. eod.*

Quod eſt ſeptimum exemplum?

Reſp. Eſt actio *mandati*; quæ eſt duplex, *recta* & *contraria*.

Cui datur actio directa, contra quem, & ad quid?

Reſp. Datur mandanti adverſus mandatariu ad implendum mandatum, & ad petendam re ex mandato ſuo emptam una cum fructibu vel ſi mandatum ſemel ſuſceptum non eſt i pletu

tum, ad id quod mandantis intereſt, negotia geſta non eſſe.

Cui datur actio contraria, contra quem, & ad quid?

Reſp. Datur mandatario adverſus mandan-n poſtquam mandatum implevit, ad conſe-endum id, quod mandantis nomine neceſſa- & utiliter impendit, ut latius videre eſt *ſupr. tit. de mandat.*

Quæ ſunt actiones in duplum?

Reſp. *Imp.* in §. *in duplum.* 23. dat quinque empla actionum in duplum.

Quod eſt primum exemplum?

Reſp. Primum exemplum eſt actio *furti nec nifeſti*, de qua dictum fuit in *tit. de obl. ex ct.* § *pœna.*

Quod eſt ſecundum exemplum?

Reſp. Eſt actio *legis Aquiliæ* eo caſu, quo ad-ſus inficiantem agitur in duplum. §. 26. *infr. it.*

Quod eſt tertium exemplum?

Reſp. Eſt actio *depoſiti* ex quibuſdam cauſis, cum *tumultus*, vel *incendii*, vel *ruinæ* cau-depoſitum fuit, de qua in §. *rei.* 17. *verſ. ne. ſupr. h. tit.*

Quod eſt quartum exemplum?

Reſp. Eſt actio *ſervi corrupti*: de qua, *Primo*, andum huic actioni eſſe locum, cum ſervi mus corruptus eſt; puta ſi cujus hortatu con-ve ſervus alienus fugerit, aut contumax ad-ſus dominum factus eſt, aut luxurioſe vivere perit, aut denique quolibet modo deterior us eſt. *hic, verſ. Item ſervi.*

ecundo, dari actionem directam ob *ſervum corruptum*;

corruptum, utilem ob *corruptum filiumfam. l.* §. 1. *ff. de ſerv. corrupt.*

Tertio, in hoc judicium non ſolum ven ſervi depretiationem, ſed etiam æſtimari r quas ſervus corruptus fugiens ſecum abſtu cujus etiam damnum duplari debet. *hic, verſ qua. l.* 16. *ff. eod.*

Quarto, æſtimationem referri ad tempus ſe corrupti, non vero ad tempus quo agitur. *l.* 5 *ult. & ll. ſeqq. eod.*

Quod eſt quintum exemplum?

Reſp. Eſt actio ex *teſtamento*, qua petitur gatum pio loco relictum. *verſ. Item. hic.* quæ n ſolum inficiatione duplatur, ſed etiam ſi diſtu rit relicti ſolutionem, donec conveniatur ram judice, ut §. 26. *in fin. infr. h. tit.*

Quænam ſunt actiones in triplum?

Reſp. *Imp.* in §. *tripli.* 24. *h. tit.* propo unicum exemplum actionis in *triplum*, quæ catur *condictio ex lege.*

Quando competit condictio ex lege?

Reſp. Quotieſcunque *lex* vel *SCtum* vel *c ſtitutio principis* novam obligationem intro cit, non dato certo nomine actioni inde co petenti; tunc enim datur *condictio ex lege. l. un ff. de cond ex leg.*

Cui datur hæc actio, & contra quem?

Reſp. Hanc actionem dari reo contra ac rem, qui dolo malo plus petiit quam ſibi bebatur, ut reus conventus plus ſolveret ſp tularum nomine viatoribus. *l.* 4. *C. de fruct. lit. expenſ.* quia pro quantitate petita *ſportu* præſtantur.

Quid ſunt ſportulæ?

Re

Reſp. Sportulæ ſunt ſalaria quæ præſtantur toribus, id eſt, executoribus litium pro ci-one facienda, quæ ſolvuntur pro quantitate mmæ in libello conventionis expreſſæ.

Quid intelligis nomine viatorum & executorum?

Reſp. Nuncios, qui citant reos ut actoris pe-onem audiant, & actores ut reorum repli-onem audiant, &c.

Quid eſt libellus?

Reſp. Libellus eſt *ſcriptura intentionem acto-vel accuſatoris continens*; & eſt duplex, ſcil. *ventionis* qui in civilibus cauſis offertur, & *ſatorius* qui in criminalibus offertur. *l. libel-m. ff. de accuſ.*

Ad quid datur hæc actio?

Reſp. Hæc actio datur adverſus actorem in *lum* ejus, quod plus ſolvit reus, quam *ſpor-rum* nomine debebat; quia in id, quod plus it, damnum paſſus eſt.

Quænam actiones ſunt in quadruplum?

Reſp. *Imp.* in §. *quadrupli.* 25. quatuor exem-earum actionum recenſet.

Quod eſt primum exemplum?

Reſp. Eſt actio *furti manifeſti*, de qua ſatis dium *ſupr. in tit. de obl. quæ ex del. naſc.*

Quod eſt ſecundum exemplum?

Reſp. Eſt actio *quod metus cauſa* factum eſt.

Quid eſt metus?

Reſp. Metus eſt animi trepidatio, propter in-s vel futurum malum.

Quotuplex eſt metus?

Reſp.

Reſp. Quintuplex: *primo* eſt metus mort vel cruciatus corporis, ſive verberum; *ſecu* eſt metus perfidiæ; *tertio* eſt metus minaru *quarto* eſt metus potentiæ; *quinto* eſt me reverentialis, quem *pater* habet in liberos, *r ritus* in uxorem, *patronus* in libertum. Prio duæ ſpecies metus juſtæ ſunt, poſteriores r ita; quia talis metus non cadit in conſtant virum. *l. 6. ff. quod met. cauſ.*

Cui datur actio quod metus cauſa, contra quem, & ad quid?

Reſp. Hæc actio datur ei, qui metum pa eſt; non ſolum contra eum, qui metum in lit, ſed etiam contra alium quemcunque, i aliquod commodum ſentientem. *l.* 14. §. *in l ff. eod.* atque inde dicitur actio in *rem ſcri* & datur in *quadruplum* ejus quanti res eſt m extorta, quod eſt verum quando reus juſſ judice rem reſtituere non obtemperat. §. *it* 27. *infr. h. tit.*

Quod eſt tertium exemplum?

Reſp. Eſt actio in factum, quæ datur in e qui pecuniam, id eſt, quodcunque emolum tum ſeu quamcunque utilitatem accepit, & dit, ut calumnioſo judicio aliquem vexaret, c ultro à malo debebat abſtinere. *hic. verſ. que ea.*

Cui hæc actio datur?

Reſp. *Priori* caſu datur ei, cui negotium ſ ctum eſt; *poſteriori* caſu diſtinguendum nam aut alius me mandante & ratum habe talem pecuniam dedit, ne calumnioſam ac nem contra me aliquis inſtitueret, & eo competit mihi hæc actio ad *quadruplum* quod ita accepit: aut alius proprio motu

e meo juſſu dedit, & tum competit ei hæc tio.

Quod eſt quartum exemplum?

Reſp. Eſt *condictio ex lege Juſtiniani* contra ecutores litium, qui à reis plus exegerint *ſportarum* nomine,quam exigere deberent; hi conmnantur *in quadruplum*, ita ut *ſimplum* detur o, qui damnum in plus petendo paſſus eſt; *plum* autem devolvatur ad fiſcum. *Nov.* 124. p. 3.

Quomodo diſtinguuntur actiones in duplum?

Reſp. Aliæ indiſtincte ſunt in *duplum*, ut actio *ti nec manifeſti*, & actio *ſervi corrupti*; aliæ nt ab initio in *ſimplum*, ſed per rei inficiatiom creſcunt in *duplum*, ut actio *legis Aquiliæ*, io *depoſiti*, ſi *incendii*, vel *ruinæ*, vel *tumul-*, vel *naufragii cauſa* depoſitum ſit. §.26.*h.tit.*

Quomodo diſtinguuntur actiones in quadruplum?

Reſp. Aliæ non indiſtincte ſunt in *quadruplum*, in actione *quod metus cauſa*; nam reus poteſt are quadrupli condemnationem, videlicet ſi e ſententiam definitivam actori rem reſtituat. 4. §. 1. & §. *hæc. ff. quod metus cauſa.* aliæ o actiones omnino ſunt in quadruplum, ita reus rem reſtituens non evitet condemnanem judicis, veluti in actione *furti manifeſti*. 27. *h. tit.*

Poſt *tertiam* diviſionem ſequitur *quarta* dio, quæ & ipſa ad rectam actionis inſtitutiom & perſecutionem pertinet, de qua agitur *actionum*. 28. *h. tit.*

Quænam eſt vis ac poteſtas hujus diviſionis?

Reſp. Ducta eſt diviſio ex *poteſtate judicis* in oque genere actionis, & docet, *quid quan-*

tumque pro hac *poteſtate* & natura horum g nerum conſequi liceat *officio judicis*.

Quid ergo hæc diviſio diſtat à prioribus duab, quarum altera contineri diximus quid pete liceat, altera quantum liceat?

Reſp. Hoc differt, quod priores oſtendu *quid & quantum* liceat petere pro ea quantitat quæ *conventione* aut *jure certo* definita eſt; hæ diviſio *quid quantumque* amplius liceat pro p *teſtate* & *officio judicis*, nulla neque *convention* neque *jure certo* definitum.

Quænam ergo eſt hæc diviſio?

Reſp. Quod quædam actiones *bonæ fidei* ſu quædam *ſtricti juris. hic in pr.*

Atqui prima fronte videtur nullas eſſe action ſtricti juris, propterea quod in omnibus rel præcipua eſt juſtitiæ æquitatiſque quam ſtri juris ratio. l. placuit. 8. C. de jud. *Si omnibus, ergo etiam in actionibus; nul ergo ſunt actiones ſtricti juris.*

Reſp. Quando dicimus, nullis in rebus *ſtri juris* habendam rationem, tunc verbo *juris*, *conſtitutum* intelligimus; quod ſi *ſummum ſtrictum* eſt, id eſt, ſi verbis tantum nititur co tra ſententiam legis & æquitatem, id nunqua ſequimur, ſed æquitatem, id eſt, mentem ſententiam legis: & hoc ſenſu dicendum null actiones eſſe *ſtricti juris*, id eſt, tales in quib *ſtricti* illius *juris* potius, quam *æquitatis* ratio h beatur; ac cum dicuntur quædam actiones e *ſtricti juris*, jus non *conſtitutum* ſed *poteſtate* ſignificat, quia in his poteſtas judicis certis fir bus incluſa eſt adſtricta, ut verbum ipſum i dicat.

Præterea omnes actiones videntur bonæ fid

qu

quia bonam fidem in contractibus conſiderari æquum eſt. *l. bonam.* 4. *C. de obl. & act. Ergo etiam in contractibus ſtricti juris.*

Reſp. Verbum *bonæ fidei* duobus modis acci-ur: uno modo cum opponitur *dolo malo*, ita omnis actio eſt *bonæ fidei*, quia ab omni ione *dolus* abeſſe debet; altero modo cum ponitur *ſtricto juri*, & ita quædam actiones *æ fidei* ſunt, quædam *ſtricti juris*: *bona* enim *s* hoc loco accipitur pro *æquitate*, quæ *ſtri- juri* opponitur.

ed an hæc diviſio non videtur eſſe manca, cum tertium membrum, nimirum actiones arbitrariæ, poſtea adjiciatur. §. præterea. 31. h. tit.?

eſp. Quod non; nam quamvis actiones *ar- ariæ* poſtea adjiciantur, tamen quia ſtatim ue continenter id fit, perinde haberi debet, ſi eodem loco eſſent propoſitæ; quia inci- eſt, niſi tota lege perſpecta, de particula judicare vel reſpondere. *l. incivile.* 24. *ff. eg.*

Quænam ergo ſunt actiones bonæ fidei?

eſp. In quibus libera poteſtas eſt judici æſti- ndi, quid alterum alteri ex *bona fide* præſtare rteat. §. *in bonæ.* 30. *infr. h. tit.*

uænam ergo actionem bonæ fidei conſtituunt, & diſtinguunt à reliquis actionibus?

eſp. Duo; *primo*, libera poteſtas æſtimandi trandive judici tributa, *ſecundo*, hæc ipſa eſtas intra modum & regulam *bonæ fidei* in- a: non enim eſt omnino libera in hac actio- udicis poteſtas, ſed quatenus *bona fides* per- tit.

Quænam ſunt actiones ſtricti juris?

Reſp. In quibus poteſtas judicis non eſt libe ſed certis rebus vel verbis contrahentium : ſtricta.

Da exempla actionum bonæ fidei.

Reſp Imp. hic in *verſ. bonæ fidei.* varia exe pla actionum bonæ fidei paulo confuſius refe nos ea in ordinem redigemus. Ex contra bus, qui *conſenſu* fiunt, omnes actiones ſunt *næ fidei*, ut *empti venditi*, *locati conducti*, *pro cio*, *mandati*; ex contractibus *nominatis*, qui perficiuntur, tres, *commodati*, *depoſiti*, *pignora tia*; ex contractibus *innominatis* duæ, *æſtima ria* & *ex permutatione*; ex *ſtipulatione* uno ca cum *de dote* agitur; ex *quaſi* contractibus qu que: *actio negotiorum geſtorum*, *tutelæ*, *fami erciſcundæ*, *communi dividundo*, *hereditatis peti*

An præter has nullæ ſunt bonæ fidei?

Reſp. Quod non, quia *Imp.* loquens defir dicit: *bonæ fidei ſunt hæ*; quod ſi quæ aliæ miles ſint, quæ hic non recenſentur, poſſunt dictas actiones facile revocari, ut actio *protu læ*, ad actionem *tutelæ*, actio *negotiorum ge rum contraria*, ad *directam*, atque ita pon reliquæ omnes *ſtricti juris*, ut *precarium*, *con ctio indebiti*, *&c.*

Quomodo dignoſcuntur actiones bonæ fide & ſtricti juris?

Reſp. Hoc modo: *omnes eæ actiones*, in c bus mutuæ ſunt præſtationes, hoc eſt, actic utraque parte poteſt dari & aliquid eſt præſt dum, ſunt *bonæ fidei*; quia quæ quis ſibi præſ vult ab adverſario in his negotiis, eadem quum eſt & ipſum in eadem cauſa eidem p ſtare: *ſtricti* autem *juris* ſunt, in quibus ab u

tant

ntum latere quid præſtandum eſt; ſic in *mu-o*, is qui *mutuum* dedit nihil præſtat, *mutua-rius* vero ſolus præſtabit. cum ergo *mutuator* i non proſpexerit per *ſtipulationem* ad uſuras mutuo petendas, ad eas *mutuatarius* ne qui-m *ex mora* tenetur.

Quare actio ex ſtipulatu uno caſu eſt bonæ fidei, cum de dote agitur?

Reſp. Quia actio ex *ſtipulatu* ſurrogata eſt in cum actionis *rei uxoriæ*, quæ fuit *bonæ fidei*, go hæc etiam erit *bonæ fidei*; quia *ſurrogatum pit naturam ejus, cui ſurrogatum eſt.*

Quænam ergo eſt hæc actio ex ſtipulatu de dote?

Reſp. Eſt actio ex *ſtipulatu*, *bonæ fidei*, quæ tur uxori ad repetendam dotem ſoluto matri-onio, quæ civiliter mariti, ſed naturaliter mu-eris eſt.

An ſemper hæc actio datur mulieri ſoluto ma-trimonio?

Reſp. Diſtinguendum eſſe: nam vel ſolutum t per *divortium*, vel *mortem* mariti, vel uxo-s; & ſi per *divortium*, cui mulier dedit cau-m, perdit *dotem*, ſed ſi maritus dedit cauſam, on perdit *dotem* mulier, ſed eo caſu maritus erdit *donationem propter nuptias*; mortuo au-m marito, *dos* ab ipſius heredibus uxori reſti-enda.

Quænam ſunt in hac actione ſingularia?

Reſp. Inprimis hæc quatuor: *Primo*, quod hoc ſu datur actio *ex ſtipulatu*, quamvis ſtipulatio xpreſſe facta non fuerit, quoniam à *lege* ſupple-r & tacite facta intelligitur; *Secundo*, quod tio *ex ſtipulatu* hoc caſu eſt *bonæ fidei*, cum liis caſibus ſit *ſtricti juris*; *Tertio*, quod habet

hæc actio adjunctam *tacitam hypothecam* omn-um bonorum mariti pro ſecuritate dotis. §. 2 *verſ. ſed &c.* *Quarto*, quod mulier vigore i-us *tacitæ hypothecæ* præfertur omnibus aliis m-riti creditoribus, non ſolum *tacitam*, veru-etiam *expreſſam hypothecam* anteriorem haben-bus. *hic, verſ. præferri.*

Atqui princeps nemini jus quæſitum auferre p-teſt. §. ult. ſupr. de his qui ſui vel alieni j-ris ſunt: *ergo non poteſt mulieri dare j-prælationis, atque ita anteriorum credit-rum conditionem deteriorem facere.*

Reſp. Quod hoc non fit, quia creditores e quod ipſi ſibi pararunt, non fraudantur, nimiru jure *hypothecæ*; verum hic de alio *jure* agitu nempe quis cui ex creditoribus præferatur, qu-totum eſt *legis* opus: nam creditor agit ad quod eſt debitoris, ut fieret creditoris; ſed m-lier non tam agit ad rem debitoris, quam rem propriam.

An hoc privilegium prælationis eſt reale, an vero perſonale?

Reſp. Quod eſt perſonale. *hic. verſ. cum ipſ* ubi *Imp. ait* ſe *hoc privilegium ſolius mulieris pr-videntia introduxiſſe*, id eſt, ut ſoli mulieri pr-ſpiceret, non heredi vel marito ejus; produc-tur tamen hoc privilegium ad filium comm-nem, qui petens dotem maternam habet privil-gium in bonis paternis. *l. ult. C. qui pot. in pign*

Quænam eſt proprietas judiciorum bonæ fidei per quam diſtinguuntur à judiciis ſtricti juris?

Reſp. Quod in judiciis *bonæ fidei* judex no eſt adſtrictus rigori juris, ſed ex *bono & æq-* æſtimat quantum debeatur *actori*: proinde, *actor* invicem reo debeat, *judex* debitum cu-

credit

edito compenſat, atque ita condemnationem nuit, quamvis reus non oppoſuerit exceptiom *compenſationis*; quod olim non habebat tum in *judiciis ſtrictis*, in quibus compenſatio n minuebat obligationem, niſi ope *exceptio-*; hodie tamen ex conſtitutione *Juſtiniani*, antum ad hoc, judicia *bonæ fidei*, & judicia *icti juris* ſunt exæquata, ita ut in omnibus *npenſatio* vim ſuam exerat, quamvis exceptio eo oppoſita non ſit. §. *in bonæ*. 30. *h. tit.*

Quid eſt compenſatio?

Reſp. Compenſatio eſt *crediti & debiti invi-n contributio. l.* 1. *ff. de compenſ.*

Quare compenſatio eſt introducta?

Reſp. Quia intereſt noſtra potius non ſolvere, am ſolutum ſtatim repetere; & quia dolo fa-, qui petit id, quod ſtatim reſtituere debet. 3. *ff. de dol. mal.*

Quænam requiruntur ut compenſationi locus ſit?

Reſp. Tria; ***Primo***, ut debitum utrinque ſit uidum. *hic, & l.* 14. §. 1. *C. de Compenſ.* id , certum, purum, præſens.

Secundo, ut ſint res compenſabiles, quæ conſunt in quantitate, non vero ſpecie; nam ſpeei ad ſpeciem, vel ſpeciei ad quantitatem lla eſt compenſatio; quia invito creditori ud pro alio ſolvi non poteſt. *l.* 2. §. 1. *ff. de b. cred.*

Tertio, ut compenſatio non opponatur repeioni depoſiti. *hic. verſ. excepta.* quamvis deatur quantitas ab utraque parte, idque propter nctimoniam depoſiti, quod ante omnia eſt retuendum. *l.* 11. *ff. depoſ.*

An debitum liquidum per inficiationem non ſit illiquidum?

Reſp. Quod fiat, exceptis duobus caſibu *primo*, celeri probatione, *ſecundo*, quando ca obligationis conſiſtit in jure, quod certum ſe per & apertum eſt judici.

An compenſatio etiam locum habet in commodato?

Reſp. Quod non, quia *commodato* dantur ſp cies; jam autem ſpeciei ad ſpeciem nulla compenſatio, ut diximus, quia in ſpecies ca affectio.

Cur ergo ſola actio depoſiti hic excipitur?

Reſp. Quia exceptio debet eſſe de regul jam autem commodati natura impedit, quo m nus compenſationi locus ſit, ut ſtatim diximus

Quænam ſunt actiones arbitrariæ?

Reſp. Quæ, quamvis natura ſint *ſtricti jur* tamen pendent ab *arbitrio* judicis; id eſt, qu rum eventus eſt, ut niſi *reus arbitrio* judicis *act ri* ſatisfaciat, condemnari debeat. §. 31. *h. tit*

Quid hic ſignificat arbitrium judicis?

Reſp. Hic arbitrium nihil aliud ſignific quam *interlocutionem judicis*, hoc enim eſt pro prium actionum arbitrariarum, ut *interlocut* judicis omnino antecedat *ſententiam definitivam* quia judex jubet actori ſatisfieri: & ſiquide reus judici obtemperet, atque actori ſatisfaci per ſententiam definitivam abſolvitur, ſin m nus, condemnabitur; *ex. gr.* actio *quod met cauſa* eſt *arbitraria*, quia judex interloquitur a jubet reo ut rem reſtituat, ſi non reſtituat, co demnat in quadruplum. *l.* 14. §. 1. *ff. quod me cauſ.*

Quomodo diſtinguuntur actiones arbitrariæ ab actionibus bonæ fidei, & ſtricti juris?

Reſp

Reſp. Quod natura ſua ſunt *ſtricti juris*, ex cidenti vero fiunt *bonæ fidei*; at actiones *bonæ lei* per ſe ſunt *bonæ fidei*, non ex accidenti, tiones vero *ſtricti juris* manent in ſua natura c fiunt *bonæ fidei*: *ex.gr.* ſi quis rem vendide- ea lege, ut pretium ſibi ſolvatur *Lugduni*, hæc tio ſemper eſt *bonæ fidei*, ſive *Lugduni*, ſive o loco agat; ſi quis vero *decem* ſtipulatus ſit *gduni* ſibi ſolvi, ſiquidem eo loci agat, actio *ſtricti juris*, ſi vero alio loco, tunc eadem tio propter adjectionem loci fit *arbitraria*.

An eadem ſemper eſt judicis interlocutio ſive arbitrium?

Reſp. Quod non, ſed pro diverſitate actionum riat: aliquando enim judex jubet rem, de qua tur, reſtitui, ut in actione *quod metus cauſa*; andoque rem exhiberi, ut in actione *ad ex- endum*; quandoque rem ſolvi, ut in actione eo quod *certo loco*; quandoque ſervum noxæ di, ut in actione *noxali. hic, verſ. veluti.*

Da exempla actionum arbitrariarum.

Reſp. *Imp.* hic in *verſ. ſed iſtæ.* proponit va- r earum exempla, quæ tamen commode ad genera revocari poſſunt: aut enim ſunt ad *ſtituendum*, aut ad *exhibendum*, aut ad *ſolven- n*. Quæ ad *reſtituendum* ſunt omnes ſunt *ar- rariæ*, dum non ſint *bonæ fidei*; quæ ad *exhi- dum* item omnes ſine exceptione; ad *ſolven- n* eæ tantum, quæ ſunt de eo quod *certo loco* betur.

eclara ſingula exemplis, & quidem primo in actionibus quibus agitur ad reſtituendum.

Reſp. Omnes in *rem* actiones ad *reſtituen- n* competunt, & ideo omnes ſunt *arbitrariæ*, cepta *petitione hereditatis*, quæ ſola eſt *bonæ*

fidei, quemadmodum ſupra diximus. §. 28. *h.* reliquæ omnes *arbitrariæ*, tam *civiles* quam *pr toriæ*: ut *rei vindicatio*, actio *Publiciana*, *Sc viana*, & *quaſi Serviana*, quæ exempla *hic* pr ponuntur *verſ. in rem.*

De actionibus *in perſonam*, quæ ad rei reſti tionem competunt, idem dicendum; nimiru omnes eſſe *arbitrarias*, quæ non ſunt *bonæ fid* quarum hic duo exempla ſubjicit *Imp. verſ. perſonam.* ſcil. actionem quod *vi metuſve cau* & *doli mali*, quam conſtat competere ut reſ tuatur, quod metu extortum, aut dolo expr ſum eſt.

Da exempla actionum arbitrariarum in perſonam, quibus agitur ut quid ſolvatur.

Reſp. Earum ſolæ hæ ſunt *arbitrariæ*, quib petitur quod *certo loco* dari debet, cum alio *l* agitur. *verſ. item. hic.* nam ſive reus pecunia loco conſtituto obtulit, ſive dicit eam ibi pa tam eſſe ad ſolutionem, audiri debet, ſi offer conſtituto loco ſolutionem cautione in ea rem expoſita. *l.* 4. §. 1. *ff. de eo quod certo lo* itaque officium judicis in hac actione erit, ut beat reum pecuniam loco conſtituto ſolver cui arbitrio ſi pareat abſolvitur, ſi non pare condemnatur; atque ita merito hæc actio di tur *arbitraria*, quia rei abſolutio & condemn tio pendet ex *arbitrio* judicis.

Da exempla actionum arbitrariarum quibus agitur ad exhibendum.

Reſp. Hic non quærendum, an omnes hu generis ſint *arbitrariæ*, & quænam, cum u tantum ſit actio *ad exhibendum*, non plure quod ſi darentur plures variis ex cauſis natæ, cendum omnes eſſe *arbitrarias*, quia *Imp.* *verſ. ad exhibendum.* dicit, *eas ex arbitrio judi*

pende

endere. nam ſi reus hac actione conventus em exhibeat, abſolvitur, ſi non exhibeat, condemnatur quanti actor in litem juraverit; ita endet hæc itidem condemnatio ex illo arbitrio udicis.

Quænam eſt proprietas omnibus actionibus arbitrariis communis?

Reſp. Quod judex arbitratur, id eſt, æſtimat, uemadmodum actori ſatisfieri oporteat, ſecunum rei, qua de agitur, naturam. *verſ. in his. in ne, hic.* hoc eſt, quandoque interloquitur ut eus rem reſtituat, interdum ut rem exhibeat, liquando ut ſolvat; ut paulo ante dictum eſt.

Cum in actionibus bonæ fidei & arbitrariis *dictum ſit laxiorem eſſe judicis poteſtatem, eique permitti ex* bono & æquo *æſtimare, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat, hinc non abſurde quæri poteſt an tanta ſit judicis poteſtas, idque arbitrium ut in incertam quantitatem reum condemnare poſſit, ſi de incerta quantitate apud illum actum fuerit?*

Reſp. Huic dubio reſpondet *Imp.* in §. *curae.* 32. *h. tit.* ubi dicit *judicem curare debere*, ut n bonæ fidei & arbitrariis actionibus certam ententiam ferat; & non tantum in his, ſed facere id debere *omnino*; id eſt, in univerſum, & ſine exceptione in judiciis omnibus, tum *ſtricti juris*, tum ſuperioribus, denique ubicunque ententiam feret.

Quid ſi de incerta quantitate apud eum actum ſit?

Reſp. Quod judex ſemper certam ſummam ententia ſua debet complecti, etiamſi de incerta quantitate apud illum actum fuerit, cum ac tamen exceptione, quatenus fieri poſſit.

An

An hoc eſt præceptum, an vero conſilium?

Reſp. Eſt præceptum non ſimplicem admonitionem continens, ſed rem neceſſitati juri ſubjiciens; nam niſi judex hoc fecerit, ſententia non valet ipſo jure, nec rei judicatæ obtinet authoritatem. *l. pen. & ult. C. de ſent. quæ ſine cert.*

Da ſuperioris dicti rationem.

Reſp. Quia non eſt res judicata, ſi ſententi ſine certa re aut quantitate profertur; ſiquiden ea res judicata eſt, quæ finem accipit controverſiarum ſententia judicis. *l. 1. ff. de re jud* non imponitur autem finis controverſiæ ea ſententia, ex qua non apparet quid quantumv præſtandum ſit.

Quomodo intelligere debemus ſententiam certam?

Reſp. Non eam tantum, quæ verbis certan rem aut ſummam expreſſam habet, ſed etian quæ demonſtrat ex loco certo, ubi ea res au ſumma certa continebatur: ut ſi dicat judex *ſolve quod petitum eſt*, cum certum petitum eſſet idque ex actis conſtaret; vel, *ſolve quod illis co dicillis continetur*, cum codicilli in judicio eſſen prolati. *l. in ſententiis. 69. ff. eod l. pen. C. d ſent. quæ ſine cert. quant.*

Quibus caſibus licet incertam quantitatem libello complecti?

Reſp. Etſi variis caſibus id contingere poſſit præcipue tamen locum obtinet in obligationibus faciendi; in quibus ſi factum non eſt quoc debuit, ſuccedit obligatio in id quod intereſt quod eſt incertum. §. *ult ſupr. de verb. obl.* hoc tamen caſu judex id, quanti interſit, determinare debet, & in eam ſummam reum condemnare

nnare. *l. un. C. de ſent. quæ pro eo quod int.* m ſi condemnaverit his verbis, *Solve Titio* *nti ejus intereſt*, nihil egit, tametſi id dixit od petitione continebatur, quia ſententia inta.

Atqui hoc modo ſententia non erit conformis libello, contra l. ut fundus. 18. ff. com. divid. *quandoquidem ſententia certa pronunciatur, cum petitio ſit incerta.*

Reſp. Quamvis *certam ſummam* dicit judex, n petitio *incerta* eſt, tamen non aliam rem it quam quæ petita eſt, ſed eam quæ petita explicat, nihilominus ut dicat eandem quam or intelligi voluit; ut de frumento commodime dictum, eum, qui *excuſſit frumentum ex is, non novam ſpeciem facere, ſed eam, quæ eſt, gere. l. adeo. §. cum quis. ff. de acq. rer. dom.*

Cur additur in hoc §. Quantum poſſibile ei ſit?

Reſp. His verbis ſignificatur, non omnem entiam, quæ fertur ſine *certa* quantitate, eſſe am, ſed tunc, cum natura rei patitur, ut *a ſententia* ferri poſſit; cæterum & tunc va, cum per rei petitæ naturam judici non li aliam ſententiam ferrè quam incertam.

ando rei petitæ natura patitur, ut judex certam ſententiam ferre poſſit, quando non?

Reſp. Quod judex ſemper ſententiam *certam* e poteſt, niſi cum rei petitæ præſtatio pen ex electione debitoris, ut *ſi quis Stichum, aut m, aut generaliter hominem ſtipulatus fue* in hujuſmodi enim obligatione electio eſt toris, ideoque petitio debet eſſe incerta, que ſecuta condemnatio judicis; ne in unam certam debitorem condemnando adimat ei electionem,

electionem, quam & ſtipulatio & petitio ac-
ris illi tribuit.

*Quoniam ad omnem actionem recte inſtitu-
dam inprimis opus eſt, ut quis petat quod
betur, & quantum debetur, hinc quæri
ſi quis hoc neglexerit an hoc impune fac
nec ne?*

Reſp. Ei, qui contra hanc legem fecit, in
dum petitio nocet, interdum non nocet;
eo quod contra hanc legem fit non uno mo
neque omnes modi eodem jure tenentur.

Quot igitur modis contra hanc legem fit?

Reſp. Tribus modis: aut enim *plus* peti
quam debetur, aut *minus*, aut *aliud* quid; de
ma ſpecie agit *Imp.* §. *ſi quis agens.* 33. *h. ti*

*Quænam ergo eſt pœna ejus, qui plus petit
quam debetur?*

Reſp. Si quis *plus* petit quam debetur, n
modo non conſequitur quod petit, ſed eſt eti
pœna eo nomine adverſus eum conſtituta,
diſcant omnes jus ſuum prius diligenter exp
rare, & temperare ab injuria, nec falſo & in
judicii metu creare aliis moleſtiam.

Qualis fuit iſta pœna?

Reſp. Hæc pœna olim alia fuit, alia nunc
Sic olim qui plus petebat, & ut *hic Imp.* loq
tur, *Si quis agens in intentione ſua plus comple
fuerit, quam ad eum pertineat, cauſa cadebat.*
eſt, rem amittebat, ut *hic in pr.*

*An contra talem cauſæ amiſſionem nulla da
tur in integrum reſtitutio jure prætorio?*

Reſp. Reſtitutionum duæ cauſæ hic in co
textu proponuntur. *hic, verſ. nec facile. Una*
ſi is qui *plus* petiit ſit minor 25. annis, quo ca

reſtituit

ſtituitur ex *tit. de minor. Altera* cauſa eſt facti ſta ignorantia: veluti, ſi *legata in teſtamento licta*, quæ non excedebant dodrantem heretatis, *integra* petantur ab iis, qui ignorant alia gata relicta eſſe in *codicillis*, quæ locum faciant gi *Falcidiæ*, adeo ut omnia legata per *legem alcidiam* minuantur; hoc caſu, datur reſtitutio x generali clauſula quæ eſt in *l. 26. in fin. ff. ex ui. cauſ. major.*

Quot modis plus petitur?

Reſp. Quatuor modis: vel *re*, vel *tempore*, el *loco*, vel *cauſa. hic, verſ. plus autem.*

Quomodo plus petitur re?

Reſp. Quando quis petendo debitum auget: eluti, ſi quis pro *decem aureis*, qui ei debeantur, *viginti* petierit; aut ſi is, cujus ex *parte* es eſt, *totam* eam vel *majorem partem* ſuam eſſe ntenderit. *verſ. re.* ubi notandum majorem artem dici non reſpectu rei, cujus eſt pars, ed reſpectu debiti: veluti ſi is, cui debetur *xta pars* fundi, petat *quartam partem* dicitur etere majorem partem, quoniam eſt major uam pars quæ debetur, id eſt, quam *ſexta* ars.

Quomodo tempore plus petitur?

Reſp. Quando quis ante tempus ſolutioni deinatum petit: veluti, ſi quis ante *diem* vel nte *conditionem* petierit; is enim qui *citius* ſolit *plus* ſolvit, & is qui *tardius* ſolvit *minus* ſolit, quamvis eandem rem vel eandem ſummam olvat. *hic, verſ. tempore.*

Quomodo plus loco petitur?

Reſp. Cum quis id quod certo loco ſibi dari tipulatus eſt, alibi petit, nulla facta commenoratione illius loci, quo dari debuit; ut ſi is qui

qui *Pariſiis centum* ſibi dari ſtipulatus eſt, pet illa pure *Amſtelodami* ſibi dari oportere. hi quia debitori forte utilius & facilius eſt *Pariſi* quam alibi ſolvere, vel quia *pecuniam* ibi hab *ad manum*, vel quia eam facilius *mutuo* acciper poteſt, ideo dum hæc utilitas *reo* aufertur, *pl* petere actor dicitur, non quoad *ſummam* ſiv *rem*, ſed quoad *locum*; nam ſi loci conſtitu mentio fiat, licet alio loco petere, conſtituta i eam rem actione *arbitraria*, quæ injuriam mu tati loci prohibet: *pure* igitur non niſi eo loc quo promiſſum eſt actor recte petet, ſi alibi p tat *pure*, *plus* petet. *hic, verſ. loco.*

Quid hic ſignificat pure *petere, aut quid appellatur* pura *intentio?*

Reſp. Quando non fit mentio loci ſolutio deſtinati: verbi gratia, ſi promiſeris mihi cen tum *Pariſiis*, & conveniam te *Amſtelodami*; ſimpliciter à te petam centum, dicitur actio pu & *ſtricti juris*, & hoc caſu peto *plus loco*: vero faciam mentionem *Lutetiæ Pariſiorum*, e actio *arbitraria*, de eo quod *certo loco*, nec pet *plus loco*; quia non ſimpliciter peto centum ſed *judicis arbitrio* committo ut æſtimet, quan utriuſque interſit, *Pariſiis* potius quam *Amſtel dami* ſolvi. atque ita non dicor *reo* utilitate vel commoditatem loci adimere *pura* inten tione. *hic, verſ. ideo.*

Quomodo dicitur utilitatem adverſario adimere, qui hoc vere non facit?

Reſp. Quia tentat hoc facere, quamvis r ipſa non faciat.

Quomodo cauſa plus petitur?

Reſp. Cum ex pluribus rebus *disjunctim* au *generaliter* promiſſis, actor unam aliquam cer

tam

ı petit, atque ita reo electionem adimit ſol-ıdi quod velit; ut *cauſa* hic ſignificet *ſpeciem* *figuram promiſſionis*.

Da hujuſmodi exemplum.

Reſp. *Imp. hic in verſ. huic autem.* dat duo ɛmpla. *Primum* exemplum eſt ſtipulationis ɛrnatæ; nam ſi quis *promiſerit Stichum aut mphilum*, electionem habet utrum ſolvat: *Se-dum* exemplum *in verſ. præterea.* eſt obliga- *generis*; ſi quis enim *hominem* promiſerit, ɛ eligit quam ſolvat, & ſi actor *certum ho-iem* puta *Stichum* petierit, dicitur *plus cauſa* ere, quia electionem ſibi arrogat.

Quænam hodie eſt cauſa plus petitionis?

Reſp. Diſtinguendum; vel enim aliquis *tem-e*, vel *cauſa*, vel *loco*, vel *re plus* petit.

Quid ſi quis plus tempore petat?

Reſp. Contra eum duplicatur tempus indu-rum: *verbi gratia*, ſi petat ante *quatuor menſes* ım ſolvi debet, *octo menſes* exſpectare cogi-; quibus elapſis non ante reus actionem ɛipere cogitur, quam impenſæ præcedentis ; ei refuſæ fuerint. §. 10. *verſ. hodie. infr. except.*

Quid ſi quis plus re, vel loco, vel cauſa petierit?

Reſp. Si quid damni per hoc paſſus fuerit reus, ɛi ſarciendum, addita tripli pœna de eo, quod majorem quantitatem libello comprehenſam toribus ſolvere coactus eſt. *hic, verſ. ſed hæc. ripli.* 24. *ſupr. h. tit.*

Quid ſi minus petatur quam debetur, ut cum ſibi viginti deberentur petat tantum decem, vel cum fundus totus ad ipſum pertineret, partem tantum dimidiam petat?

Reſp.

Reſp. Quod hoc actori non noceat, ſed pot nihilominus in eodem judicio, integrum de tum conſequi; nam judex hoc non ſequit ſed ſententiam fert ſecundum veram quanti tem ex conſtitutione *Zenonis. l.* 1. §. *ult. C. plus pet.* §. *ſi minus* 34. *h. tit.*

Quomodo hic dicitur idem judicium, cum act debeat errorem ſuum corrigere, & tantund petere quantum debetur?

Reſp. *Idem judicium* ſic accipere debem ut exceptis rebus quæ mutantur, in cæte omnibus judicii partibus idem judicium inte gamus: ergo, *eodem judicio,* hic valet, apud ei dem *judicem,* inter *eaſdem perſonas,* nulla nc interveniente in *jus vocatione*, aut *litis con ſtatione*; nam ſi judex compererit ita eſſe, errore mutato intenditur, in eam pecuni reum condemnare debet.

Quomodo ergo differunt emendare libellum, & mutare?

Reſp. Quod *emendare* eſt mendum tolle & abſque mutatione ſubſtantiæ corrigere, qu poteſt fieri uſque ad *concluſionem* in cauſa; *m tare* vero eſt ſubſtantiam libelli invertere, qu tantum licet uſque ad *litem conteſtatam.*

Quid eſt litis conteſtatio?

Reſp. Quando reus per negationem reſpc det ad intentionem actoris. *l.* 1. *C. de lit.conte*

Quid ſi aliud petatur, quam quod debetur?

Reſp. Hoc etiam caret periculo, quemadm dum cum *minus* petitur.

Quot modis aliud petitur?

Reſp. Duobus modis, *re* ſcil. & *cauſa.* cum aliud corpus petitur quam quod debet

pro *Sticho Pamphilus*, ex ea tamen cauſa ex ı nobis debetur; *cauſa*, cum idem corpus ɔitum petitur, ſed ex alia cauſa quam debe-, ut ſi petatur *ex ſtipulatu*, cum debeatur *teſtamento.*

Quid de his modis aliud petendi eſt ſtatuendum

ʀeſp. *Imp. hic* §. *ſi quis.* 35. ſtatuit, nihil hanc itionem actori nocere, quo minus, non dico *judicio* poſſit petere & conſequi quod priore iſit, ſed etiam *eodem* illo *judicio* quod inſti-: licet enim actori corrigere hunc *errorem*, *libellum* mutare in *eodem judicio*, id eſt, etiam t *litem conteſtatam*, dummodo ante *ſenten-n.*

An ergo illi falluntur qui negant hanc correctionem libelli admitti poſt litem conteſtatam?

ʀeſp. Quod falluntur: nam *litis conteſtatio* principium judicii; quare ſi libellus in *eodem cio* corrigitur, ergo etiam in ſubſtantialibus eſt corrigi *libellus* poſt *litem conteſtatam*, ut e petita & in cauſa petendi, ſicut ex hoc §. ſtat.

Atqui tum ſententia non erit conformis libello, & proinde non valet?

eſp. Hoc caſu ſententia eſt conformis *li-* jam *correcto*, non vero *erroneo*, & inemen-, prout initio erat propoſitus.

ed an hoc ita ſimpliciter & abſolute conceditur actori, an vero hic aliquæ conditiones ſunt neceſſariæ?

eſp. Inprimis hæc requiruntur: *Primo*, ut : facultatem emendandi mutandique libelli dicente petat & impetret. *l.* 3. *C. de edend.*

Secundo,

Secundo, ut omnes litis expenſas refunda *nemo enim poteſt mutare conſilium in alterius pr judicium. l. 75. ff. de R. I.*

Tertio, ut reo detur novum ſpatium ad c liberandum, utrum cedere velit an contende *l. 1. ff. eod.*

Quarto, ut emendationis vel mutationis a qua ſit cauſa. *d. l. 3. C. eod.* unde ſi quis id *plus* petierit, ut reum ad majorem judicem t heret, talem emendationem admitti non eſt quum. *Novell. 15. cap. 3. & 4.*

Poſt expoſitas *quatuor* actionum diviſion quibus oſtenſum fuit, *cui detur* actio, *cont quem*, & *ad quid*, & *quantum* quaque actio petatur; reſtat *quinta* & *ultima diviſio*, de c agitur §. *ſunt præterea. 36. uſque ad finem huj.*

Quænam illa eſt?

Reſp. Quod actionum quædam *ſolidum* p ſequuntur quod nobis debetur, quædam n *ſemper ſolidum*, ſed modo *ſolidum*, modo *min*

Quænam ſunt illæ quibus ſolidum perſequimur?

Reſp. Actiones, quibus *ſolidum* perſequim ſunt fere omnes, ac proinde innumeræ, ac ut non ſit neceſſe eas exemplis declarare.

Quænam ſunt actiones quibus non ſemper ſolidum perſequimur?

Reſp. Paucæ & certæ, ac veluti eæ qu regula communi excipiantur, quarum proi exempla *hic* in contextu enumerantur.

Qua ratione contingit, ut his actionibus non ſemper ſolidum conſequi poſſimus?

Reſp. *Tribus* potiſſimum *ex cauſis*: nam *peculium* facit, cujus ad modum actio conſtit eſt; aut *beneficium* reo tributum ut teneatur

quod facere poteſt; aut *mutua obligatio* cre-
ɔris. uniuſcujuſque generis dabimus aliqua
:mpla.

Quod eſt primum exemplum?

Reſp. Eſt *actio de peculio*, quæ datur adverſus rem vel dominum ex contractu filii vel ſervi,]ue non ſemper conſequimur *ſolidum*; quia c adjectio, *de peculio*, ſignificat actionem conutam eſſe, quatenus eſt *in peculio*: ut ſi non nus in peculio ſit quam perſequimur, *in ſoum* condemnatio fiat; ſi minus eatenus, quaus eſt *in peculio*; ſi nihil eſt tempore rei juandæ, nec tenebit actio. *l. quæſitum. in pr. de pecul. verſ. nam ſi. hic.*

Quod eſt ſecundum exemplum?

Reſp. Eſt actio *ex ſtipulatu*, qua dos *ſoluto trimonio* vel divortio, vel morte repetitur à rito; qui non condemnatur *in ſolidum*, ſed quantum facere poteſt, hoc eſt deducto eo egeat, & inopia aut egeſtate prematur. *l.* 173. *de R. I.* Ratio eſt, propter conjunctionem *nitatis*, quæ eſt inter maritum & uxorem: honorem matrimonii, ne maritus cogatur ndicare. §. *item ſi.* 37. *h. tit.*

An non etiam propter alias cauſas dotis repetitio minuitur?

Reſp. Quod hoc contingat etiam propter *imſas neceſſarias* à marito in dotem factas: hæ m dotem ipſo jure minuunt, id eſt, efficiunt eatenus retineri poſſit dos, quoad impenſæ :iantur. *hic, verſ. nam ob.*

Quod eſt tertium exemplum?

Reſp. Eſt actio mota à filio emancipato conparentem, vel à liberto contra patronum; n nec hi condemnantur, niſi in quantum facere

cere poſſunt, idque propter duplicem rationer *primo*, propter officium pietatis, & reverentia quam parentibus vel patronis debent; *dein* quia tenentur alere patronum vel parente egentem, & ideo ſi peterent eos in ſolidu condemnari, hac exceptione repellerentur, *do* ſcil. *facis, quod petis quod ſtatim reſtituere deb* *l.* 173. *ff. de R. I.* §. *ſed etſi.* 38. *in pr. h. tit.*

Quodnam eſt quartum exemplum?

Reſp. Eſt actio reddita inter *ſocios*; nam hi tantum condemnantur in quantum face poſſunt. *hic, verſ. item ſi.* Idque propter conju ctionem *ſocietatis*, quæ jus fraternitatis quodar modo continet. *l. verum.* 63. *in pr. ff. pro ſoc*

Quodnam eſt quintum exemplum?

Reſp. Eſt cum *donator* convenitur ad trade dum; hic enim non convenitur niſi in qua tum facere poteſt. *hic, verſ. idem eſt.* Ne liber litas ei ſit damnoſa, & is præ cæteris habet h beneficium, ut inſuper deducat *æs alienum*, q aliis obligatus eſt, ut in *l.* 19. §. 1. *ff. de re jud.*

Quodnam eſt ſextum exemplum?

Reſp. Quando actor propter oppoſitam exc ptionem *compenſationis* minus conſequitur, qua ei deberetur, ſi obligatio per compenſatione non minueretur; itaque actor conſequitur quo ſibi debetur, id eſt, quod *compenſatione* facta m net in *obligatione*. §. *compenſationes.* 39. *h. ti.*

Cur ergo Imp. *dicit, plerumque compenſation efficere ut actor minus conſequatur quam debeatur?*

Reſp. Hac particula indicare voluit contr rium nonnunquam evenire; non quia compen ſatio aliquando hunc effectum non pariat, ſe

qui

a interdum compenſationi locus non eſt, ut actione *depoſiti. ſupr.* §. 31.

Quodnam eſt ſeptimum & ultimum exemplum?

Reſp. Si is convenitur qui *bonis ceſſit*, & poſt *ionem* factam aliquid non modicum adquiſi- is enim hac ceſſione non liberatur à debito, poſt *ceſſionem* denuo conveniatur, non con- natur *in ſolidum*, ſed tantum in id, quod facere eſt, hoc eſt, deducto eo ne egeat: nam *af- o non eſt addenda afflictio.* §. *cum eo. ult. h.tit.*

Quid eſt bonis cedere?

Reſp. Eſt bona ſua ſponte creditoribus relin- re, iiſque exire.

An cuilibet datur hoc beneficium ceſſionis?

Reſp. Quod non; ſed iis tantum qui ad in- m *fortunæ* vitio, uti *belli, incendii, naufra-* aliave calamitate redacti ſunt, atque ideo *le* & *miſerabile beneficium* ceſſionis à *principe* etraverint.

An quæcunque acquiſitio ſufficit, ut is, qui bonis ceſſit, poſt ceſſionem factam poſſit conveniri?

Reſp. Quod non; ſed opus eſt, ut aliquod eum, hoc eſt, non modicum emolumen- acquiſierit, & tunc habet hoc beneficium on conveniatur ultra quam facere poteſt.

Quomodo alio nomine hoc beneficium appellatur?

Reſp. Beneficium *competentiæ*; quibus verbis o continetur, ut non ſemper aliquis *in ſoli-* damnetur, ſed tum demum ſi poſſit *ſolidum* e: ſi non poſſit, hactenus tantum debeat nari quatenus poteſt.

Atqui

Atqui hac ratione de omnibus actionibus lic dicere eas eſſe in id quod reus facere pote; nam & ex cæteris actionibus nunquam poſ mus amplius conſequi à reo, quam is fac poteſt.

Reſp. Hoc non ita eſſe; nam earum act num quibus *ſolidum* perſequimur hæc eſt con tio, ut quamvis reus ſolvendo non ſit, tam *ſolidum* præſtare debeat, ſi non de ſuo, at ce aliunde ſumere, ſi poteſt, quo ſe expediat: ne hoc quidem poteſt, cogitur in *carcerem* i aut *bonis cedere. l.* 1. *C. qui bon. ced. poſſ.* Quo creditor parcat carceri, tamen licet condemn auferre omne quod habet, ut nihil ei ſuperſit ad *victum* quidem. at in eo, qui habet ben cium *competentiæ*, utrumque contra eſt: n *primo*, ſi *ſolvendo* non eſt, non cogitur ire *carcerem*, aut *bonis cedere*; *deinde*, non tot extorquetur, quod habet, ſed relinquitur aliquid, quod ſatis ſit ad *victum quotidianum*, egeat.

AD TIT. VII.

Quod cum eo, qui in aliena poteſtate e negotium geſtum eſſe dicitur.

SUperiori titulo dictum fuit de *actionibus*,q bus ex *noſtra perſona agere* vel *conven* poſſumus; ſequitur videamus de illis *actioni* quibus convenimur ex *perſona eorum*, qui ſi in *noſtra poteſtate.*

Quibus modis aliquis ex aliena perſona conveniri poteſt?

Reſp. Duobus modis; vel *ex contractu*, *ex delicto.*

Sed quomodo ex alieno contractu quis conveniri poteſt, cum quiſque ex ſuo tantum contractu, non vero ex alieno teneatur. l. 11. ff. de pecul.?

Reſp. Hoc fieri ex *jure prætorio*; neque ſimciter, ſed vel ex *facto noſtro*, cum aliquem epoſuimus negotiationi in noſtrum commom, & ſic fere ex *noſtro contractu*; vel ob *eam eſtatem*, in qua illi ſunt qui contraxerunt; n ſcil. in ea ſunt conditione, ut nobis vel dito, vel indirecto acquirant.

Ex contractu quot ſunt actiones?

Reſp. Enumerantur *hoc tit.* ſex; *quod juſſu, rcitoria, inſtitoria, tributoria, de peculio, de in verſo*, quæ *hoc tit.* deinceps declarantur.

Quid intelligis hic verbo contractus?

Reſp. Verbo *contractus* intelligitur etiam *quaontractus*, veluti ſi *filius* vel *ſervus* alienus *otia* geſſerit.

Suntne ergo hæ actiones ſpeciales & propriæ, an vero qualitates adjectitiæ aliarum actionum?

Reſp. Quod ſunt potius adjectiones, ſeu *adtitiæ qualitates* aliarum actionum, quam prope actiones; *verbi gratia, ſervus meus* emit à em aliquam, ex eo negotio dabitur tibi conme *actio de peculio*; idem *conduxit*, vel in ſam *depoſiti*, vel *commodati*, vel *pignoris*, rem uam accepit, datur tibi contra me actio *lo*, *depoſiti, commodati, pignoratitia*, ſed cum ctione *de peculio*, & ſic de cæteris actionibi.

Quænam eſt actio, quod juſſu?

Reſp. Eſt actio *prætoria* perſonalis, quæ da contra patrem vel dominum ex contractu

filii vel ſervi, quem is *juſſu* patris vel domi iniit. §. 1. *h. tit.*

Quæ eſt cauſa hujus actionis?

Reſp. Negotium cum ſervo alieno geſtu juſſu domini. Loquitur autem *hic Imp.* de neg tio geſto, ut complectatur tam *quaſi contracti* quam veros *contractus.*

Unde hæc actio vocatur quod juſſu?

Reſp. A primis edicti verbis, ut & alias ctum.

Quomodo diſtinguitur juſſus à mandato?

Reſp. Quod *juſſus* refertur ad eas perſon quæ ſunt in noſtra poteſtate; *mandatum* ve ad eas perſonas, quæ non ſunt in noſtra po ſtate.

In quantum hæc actio à prætore datur?

Reſp. Hæc actio datur *in ſolidum*; intelli autem in ſolidum non omnino & ſimplicit ſed quatenus dominus juſſit. *l.* 1. §. 1. *ff. de cul.*

Contra quem hæc actio datur?

Reſp. Datur adverſus dominum ejus ſervi contraxit. *verſ. adverſus. hic.*

Cui datur?

Reſp. Datur ei, qui cum ſervo alieno c traxit.

Quamobrem datur?

Reſp. Quia is qui contraxit, non tam *ip ſervi, quam domini,* qui ſervum contrahere ju *fidem ſecutus videtur. verſ. ſcil.* id eſt, quoda modo cum eo contrahit qui jubet. *l.* 1. *in pr. quod juſſ.* Quemadmodum enim alias, qui cit per alium, ipſe facere videtur, *cap.* 72.

R

I. *in* 6. ita qui jubet contrahi ipſe contrare videtur.

Quænam eſt actio exercitoria?

Reſp. Eſt actio quæ datur contra exercitores, contractu, quem quis cum magiſtro navis fe-:. §. *eadem.* 2. *h. tit.*

Unde dicta eſt exercitoria?

Reſp. Ab *exercitore*, id eſt, eo qui navem ercet per *magiſtrum* ei præpoſitum, & ad em *quotidianus navis quæſtus* pertinet. *hic, rſ. ideo.*

Quis eſt magiſter navis?

Reſp. Magiſter navis eſt, qui navi præpoſitus ab exercitore, & cui totius navis cura mana eſt. *l.* I. §. I. *ff. de exerc. act.*

Cui datur hæc actio?

Reſp. Ei qui contraxit cum magiſtro navis s rei gratia cui præpoſitus fuerat. *hic, verſ. rcitoria.*

Cur additur, ejus rei gratia cui præpoſitus fuerat?

Reſp. Quia non ex omni cauſa prætor hanc ionem dat in exercitorem, ſed ejus rei none duntaxat in quam exercitor præpoſitus ; nam *præpoſitio certam legem dat contrahens. l.* I. §. 7. & §. *igitur. ff. de exerc. act.*

Contra quem hæc actio datur?

Reſp. Datur adverſus exercitorem. *l.* I. §. *ff. eod. tit.* poteſt tamen etiam magiſter ipſe veniri ab eo, qui cum illo contraxit, quo civilis actio dabitur.

Quid ergo ſi plures navem exerceant, an quilibet in ſolidum tenetur, an vero omnes pro rata?

Reſp. Quilibet in ſolidum tenetur. *d. l.* §. *ult. cum* 3. *ll. ſeqq.* non enim debet in plur adverſarios diſtringi, qui cum uno contraxi *d. l.* 2. unius tamen ſolutio totam obligatione perimit; *moribus* tamen noſtris ne quidem un verſi exercitores ſimul *in ſolidum* tenentur, ſe tantum ad æſtimationem navis & eorum quæ navi ſunt, & liberantur præſtando id totu quod in ſocietate habent. *Coren. obſerv.* 4 *verſ.* de gedaeghdens. *Grot. lib.* 3. *par.* 1. *nu* 32. *Groeneweg. hic.*

In quantum hæc actio datur?

Reſp. *In ſolidum*; quia qui cum magiſtro co traxit fidem exercitoris ſequi videtur, quæ e dem ratio ſupra tradita in actione quod juſſ §. 1. *ſupr. h. tit.*

Quænam eſt actio inſtitoria?

Reſp. Eſt actio quæ datur contra dominu *tabernæ* vel *negotiationis*, ex *contractu* habi cum *inſtitore*, qui *tabernæ* vel *negotiationi* pr poſitus eſt.

Unde dicitur inſtitoria?

Reſp. Ab inſtitore.

Quis eſt inſtitor?

Reſp. Qui tabernæ vel cuilibet negotiatio præpoſitus eſt, ex eo quod negotio gerendo i ſtet, id eſt, diligenter id curet & urgeat. *l.* *&* 18. *ff. de inſt. act.*

Cui datur hæc actio?

Reſp. Ei qui contraxit cum inſtitore.

Contra quem?

Reſp. Contra eum, qui inſtitorem taber vel cuilibet negotiationi præpoſuit, dummo tanquam inſtitor contraxerit, id eſt, ejus rei g

cui præpoſitus eſt. *hic, verſ. inſtitoria.* ex quo paret ſimilitudo hujus actionis cum exercitoria.

Eſtne etiam aliquod diſcrimen inter dictas actiones?

Reſp. Eſt, & quidem duplex. *primo*, in *exercitoria* negotiatio marina eſt vel fluviatilis; in *inſtitoria* terreſtris ſive mediterranea: *ſecundo*, actio *exercitoria* denominatur ab eo qui præpoſuit; actio verò *inſtitoria* ab eo qui præpoſitus eſt.

Quid eſt actio tributoria?

Reſp. Eſt quæ datur adverſus *patrem* vel *dominum*, ex *contractu* ſciente patre vel domino cum filiofam. vel ſervo habito, in hoc, ut quod in *peculio* eſt inter *patrem* aut *dominum* & reliquos creditores *pro rata* diſtribuatur; ſic quidem, ut id quod *patri* vel *domino* debetur, non poſſit nec debeat prius deduci. §. *introduxit.* 3. *h. tit.*

Unde dicitur hæc actio tributoria?

Reſp. A *tribuendo*, id eſt, diſtribuendo; quia ejuſmodi diſtributio hac actione fieri petitur. *h*, *verſ. nam ſi* permittit enim *prætor domino* poteſtatem diſtribuendi, ut merces vel pretia earum inter creditores partiatur. *l.* 5. §. 3. *ff. tit.* Sed & ſi quis ex creditoribus queratur quaſi minus ei tributum ſit quam oportuerit, hanc actionem prætor accommodat, ut quanto minus tributum ſit, quam debuit, ei præſtetur. *l.* 7. §. *ſi cujus.* 2. *eod. tit.*

Quænam eſt utilitas hujus actionis?

Reſp. Hæc; quod dominus, qui alioqui in contractibus & bonis ſervi privilegium habet, tamen ſi ſciat ſervum in peculiari merce nego-

tiari, velut extraneus creditor, nulla deductio[n] facta, hac actione in tributum vocatur.

Quænam ergo requiruntur ut huic actioni locus ſit?

Reſp. Duo: *Primo*, ut cum ſervo contractu[m] ſit in merce peculiari: *Secundo*, ut ſciente d[o]mino ſervus negotiatus ſit. *hic, verſ. namque.*

Quid hic mercis appellatione continetur?

Reſp. Quod merx peculiaris eſt, in qua dom[i]nus permittit ſervum proprium negotiari, quam[]vis *mercis* appellatio alias ſit anguſtior. *l.* 6[6.] *l.* 207. *ff. de verb. ſign.* hæc tamen actio a[d] omnes negotiationes porrigitur. *l.* 1. §. 1. *h. t.*

Quænam eſt differentia inter mercem peculiarem, & inter peculium?

Reſp. Quod poſſit eſſe *peculium* ubi nullæ ſu[nt] *merces peculiares*, & contra poſſunt eſſe *merc[es]* ubi nihil ſit in *peculio*; vel denique *peculium* p[o]teſt pro parte conſtare ex mercibus, pro part[e] non, ut videre licet in *l.* 1. §. *peculiarem.* & [l.] *pen. ff. de trib. act.*

Quid hic intelligis per ſcientiam domini?

Reſp. Non *juſſum*, ſed tantum *patientiam* [&] *permiſſionem*; ſatis enim eſt ſi dominus non n[o]lit, ſi non proteſtetur, & non contradicat neg[o]tiationi ſervi. *d. l.* 1. §. *ſcientiam.*

Quibus datur hæc actio?

Reſp. Datur hæc actio creditoribus ſervi me[r]cis peculiaris nomine, in qua ſervus negotiat[us] eſt ſciente domino.

Contra quem datur?

Reſp. Contra eum, cujus dolo malo factu[m] eſt, ut creditoribus minus tributum ſit qua[m] debuit.

Ad quid datur?

Reſp. Datur ad merces illas inter dominum : creditores pro rata portione diſtribuendas, forte domino quoque debeatur, ut *hic*, & *l.* 4. *tot. tit. ff. eod.*

Quis eſt effectus hujus actionis?

Reſp. Quod dominus hic vocatur in tributum quilibet extraneus, neque utitur hic illo pri- legio deductionis quod habet in actione de :culio; & hoc eſt quod dicitur in §. *cæterum. verſ. tributoria. infr. h. tit.* conditionem do- ini hic non eſſe præcipuam, ſed ejuſdem juris ſum eſſe, cujus ſunt cæteri creditores.

Cur in actione de peculio prius deducere poteſt dominus quod ſibi debetur, in actione tributoria non poteſt?

Reſp. Quia actio de *peculio* datur de contractu omino ignorante facto; *tributoria* vero eo ſci- ite & patiente: videtur igitur dominus hic :neficio ſuo renunciaſſe, dum non prohibuit, im poſſet proteſtari.

Quomodo hoc intelligendum quod dictum eſt, ſervum domino debere?

Reſp. Hoc accipiendum de *naturali*, non de *vili* obligatione; nam ſervus nemini obliga- r *civiliter*; filius autem familias parenti, in ijus poteſtate eſt, tantum *naturaliter*, aliis *civi- er* obligatur.

An hæc actio tributoria etiam hodie locum habet?

Reſp. Quod non, quia ſervos non habemus; iifam. vero negotiantes pro emancipatis ha- :ntur, & ſuo nomine tenentur.

Quid eſt actio de peculio?

Reſp. Eſt quæ datur adverſus *patrem* vel *do-minum* ex *contractu* cum *filio* vel *ſervo*, igno-rante domino, habito, qua petitur tantum, quan-tum eſt in peculio, deducto eo quod patri vel domino debetur. §. *præterea.* 4. *h. tit.*

Quid eſt actio de in rem verſo ?

Reſp. Eſt quæ datur adverſus patrem vel do-minum ex negotio cum filiofam. vel ſervo ge-ſto eatenus, quatenus probari poteſt patrem vel dominum ex eo locupletiorem eſſe factum. *eod.* §. 4. *verſ. deque eo.*

Quomodo differunt hæ actiones à ſuperioribus?

Reſp. Quod ibi ſcientia domini requiritur, hic vero ignorantia domini ſufficit. *l.* 3. *C. h. t.*

Quæ eſt cauſa actionis de in rem verſo ?

Reſp. Eſt negotium à ſervo geſtum ad utilita-tem domini, ſi ex eo alterius debitor factus ſit: nam quibus caſibus procurator habet actionem mandati, iiſdem caſibus de in rem verſo eſt actio, ſi ſervus aliquid impenderit, ut meliorem rem domini faceret. exempla ſunt in textu *verſ. in rem.*

Quomodo intelligendum, quod Imp. *in verſ.* licet enim. *dicit, unam eſſe actionem de* pe-culio, *&* de in rem verſo ?

Reſp. Quod actio de in *rem verſo* eſt pars actionis *de peculio*, quia *in rem verſum* eſt pars *peculii*; quod enim ſervus in rem domini ver-tit, dominum ſervo naturaliter obligat: & quemadmodum quod ſervus debet domino pe-culium minuit. *hic, verſ. cum autem.* ita quod dominus debet ſervo, peculium auget. *l.* 17. §. *pen. ff. de pecul.*

An ergo actio, de in rem verſo, *ſemper cohæret actioni de peculio?*

Reſp. Quod non, ſed aliquando non cohæ-r, ubi ſcil. actio *de peculio* eſt extincta, tunc im actio de in *rem verſo* eſt ſeparata ab actio- *de peculio*: ſecus cum *de peculio* actio com-tit, tunc enim actio de *in rem verſo* ab ea non paratur, niſi nihil in rem domini verſum ſit; ita fieri poteſt ut ſit actio de in *rem verſo*, ſſante actione *de peculio*, & contra, actio *de ulio*, ceſſante actione de *in rem verſo.*

Quomodo æſtimatur peculium?

Reſp. In computatione peculii *primo* deduci-us id quod ſervus domino debet, quia domi-s creditur præveniſſe & cum ſervo ſuo egiſſe e alios creditores. *l.* 9. §. 2. *ff. de pecul. De-le* deducitur id quod ſervus iis, qui in eadem teſtate ſunt, debet; nam hoc quoque domi- debetur. *d. l.* 9. §. 3. quia obligationes no- acquiruntur per illos, quos in poteſtate ha-mus: his deductis quod ſupereſt demum in culio eſſe intelligitur. *hic, verſ. cum autem.* ex-itur tamen quod à ſervo ordinario debetur us vicario, quem in peculio habet; quia od ab *ordinario* debetur ipſius *vicario*, id in *arii* peculio eſt, & per conſequentiam in ipſi- *ordinarii* peculio, in quo eſt *vicarius*, ergo duci non debet ſed in peculio computari.

An ſupradictæ actiones non poſſunt aliquando concurrere?

Reſp. Quod quamvis actio de *in rem verſo* *de peculio* datur contra dominum, quo igno-te ſervus contraxit, reliquæ vero ſuperiores atra eum quo ſciente & patiente, hoc tamen n impedit quo minus actiones de in *rem ver-*

ſo, & *de peculio*, cum actione *quod juſſu*, *exe* *citoria*, *inſtitoria*, *tributoria* denique concurre poſſint: latius enim patent actiones *de pecu* & *de in rem verſo. hic* §. *cæterum*. 5.

Quid in hoc actionum concurſu actori faciendum?

Reſp. Actor per cautum *advocatum* debet e gere eam actionem, quæ ſit commodiſſima pleniſſima, ut *hic* monet *Imp. verſ. prout erg* ſtultus enim erit, & male ſibi conſulet, qui copia meliorum eliget deteriora.

Sed unde actor hoc poterit dignoſcere?

Reſp. *Imp.* illud hic oſtendit ex dupl actionum concurſu.

Quis eſt primus concurſus?

Reſp. Eſt concurſus actionis *de peculio* & *in rem verſo*, cum actione *quod juſſu*, vel *i ſtitoria*, vel *exercitoria*: quo caſu, *Imp.* doc *verſ. ſed erit. hic.* commodius eſſe actori, ſi a qua ex tribus actionibus utatur, quam ſi ag *de peculio*, vel *de in rem verſo*; in his enim pr batio incumbit creditori, quod in utilitate domini verſum ſit, & quod ſervus peculium h beat, & quidem tantum ut ex eo *ſolidum* ſol poſſit: alias vel nihil vel non *plus*, quam qua tum eſt *in peculio*, conſequi poteſt; cum il actiones ſemper ſint *in ſolidum*, quamvis v nihil vel *minus* in *peculio* aut in *rem dom* verſum ſit.

Quidnam dicendum de ſecundo concurſu?

Reſp. Secundus concurſus eſt actionis *de p culio* & de in *rem verſo*, cum actione *tribut ria*, quemadmodum *Imp.* oſtendit in *verſ. quoque. hic.* ubi ait, modo hanc, modo illa actione

ctionem eſſe utiliorem: nam actio *tributoria* ideo eſt utilior, quia in ea dominus non habet privilegium deductionis, quemadmodum in actione *de peculio*; actio vero *de peculio* ideo utilior eſt, quia perſequitur totum *peculium*, quamvis in ea domini conditio non ſit potior, quod non eſt *in tributoria*, quæ tantum refertur ad merces peculiares.

An quæ hactenus dicta ſunt de ſervis & dominis etiam intelligi debent in liberis & parentibus?

Reſp. Quod quæcunque ſupra dicta ſunt de ſervis & *dominis*, eadem obtinent etiam in *filiisfam.* & *parentibus*, qui etiam ex quovis *contractu* cum filiis habito conveniri poſſunt una ex his ſex actionibus, ſcil. *quod juſſu*, *exercitoria*, *institoria*, *tributoria*, *de peculio*, *de in rem verſo*, pro diverſitate vel *juſſus* vel *voluntatis* expreſſæ, vel *ſcientiæ*, ac *patientiæ*, vel *ignorantiæ*, ut ſupra dictum §. *quæ diximus*. 6. *h. tit.*

An hujus regulæ nulla eſt exceptio?

Reſp. Eſt in eo, quod actio pecuniæ filiofam. creditæ ſummovetur exceptione *SCti Macedoniani*: ſive ea actione conveniatur pater vel avus, qui eum in poteſtate habet, ſive ipſe filius vel nepos, qui pecuniam accepit; item ſive hoc fiat durante poteſtate, ſive illa jam diſſoluta. § *illud*. 7. *h. tit.*

Unde dictum eſt SCtum Macedonianum?

Reſp. A *Macedone* improbo fœneratore, qui peſſimo exemplo pecunias credere ſolebat filiisfam. incertis nominibus, ea lege, ut poſt mortem patris redderent, atque ita materiam peccandi ſæpe malis præſtabat moribus, ut ait *l.* 1. *ff. ad SCtum Macedon.* dum ſcil. liberi ſæpe non expectata

expectata parentum morte ipſorum vitæ inſidia ſtruebant, quo citius ipſorum bonis potiti & creditoribus & luxuriæ ſuæ ſatisfacerent, ut *hi in fin. verſ. quæ ideo.*

Quæ eſt ſumma hujus SCti?

Reſp. Hoc *SCtum* prohibet, ne quis mutuam pecuniam det filiofam. & ſi dederit non ei actio petitioque detur, non ſolum adverſus ipſum filium, ſed etiam adverſus patrem, neque ſolum vivo patre, verum etiam eo mortuo. *hic, in pr.*

Cur hoc SCtum loquitur de ſola mutua pecunia?

Reſp. Ut intelligamus non prohiberi omnes contractus cum filiofam. ſed tantum mutui dationem; deinde non cujuſvis rei mutuationem, puta *vini, olei, frumenti,* ſed tantum *pecuniæ numeratæ*: ratio eſt, quia alii contractus, item aliarum rerum mutuum non tam ſunt periculoſa quam pecuniæ datio; nam quando alia res datur, debet eam alienare antequam rem illam ad pecuniam redigat, & per hanc facile deprehenditur.

Quid ſi alia re mutuo data fraus SCto quæratur?

Reſp. Hoc etiam prohibitum eſt; *verbi gratia,* ſi cum filiusfam. à fœneratore mutuam pecuniam peteret, ipſe in fraudem *SCti* ipſi frumentum dederit mutuum, ut eo vendito, pretium inde redactum habeat in mutui vicem. *l.* 3. §. *pen. l.* 7. §. *mutui. ad SCtum Maced.*

Quomodo intelligenda ſunt hæc verba SCti, nec ei actio petitioque daretur?

Reſp. His verbis, dicit *Imp. hic* actionem denegari: non quod ipſo jure nulla competat; ſed quia per exceptionem eliditur, adeoque non efficaciter dirigitur, ut *ait l. 6. C. eod.*

Quæ

Quæ eſt ratio hujus SCti?

Reſp. Eſt favor parentum; ne filius gravatus [æ]re alieno vitæ patris inſidiaretur, ut hic dilu[c]ide explicatur. *verſ. quæ ideo.*

An ergo filiusfam. huic SCto poteſt renunciare?

Reſp. Quod non: quia non favore ipſius, ſed [p]atris introductum eſt, cum quilibet favori ſuo [p]oſſit renunciare, non etiam favori alieno. *l. pen.* [f]*. de pact.*

An pater vel dominus etiam directa actione ex contractu filii vel ſervi conveniri poteſt?

Reſp. Quod cum ſupradictis actionibus, ex[c]epta actione *tributoria* & *de peculio*, etiam [a]ctio *directa* & principalis concurrere poſſit, [q]uæ contra patrem vel dominum ipſum ſuo ac [p]roprio nomine datur, omiſſa mentione ſervi [v]el filii, omiſſa quoque mentione *juſſus*, vel [p]*ræpoſitionis*, vel in *rem verſi.* §. *ult. h. tit.*

Da hujus rei aliquam rationem.

Reſp. Quia qui ex contractu cum ſervo ha[b]ito aliquam actionem ex his quatuor cauſis na[c]tus eſt, pro eo habetur, ac ſi cum domino ipſo [c]ontraxiſſet; hanc vim habet *juſſus*, *præpoſitio*, [v]*erſio in rem* domini, ut ſupra latius explicatum.

Cur tamen aliud receptum in actione tributoria & de peculio?

Reſp. Quia, ut ſupra dictum, hic deeſt ex[p]reſſa voluntas domini, ſed vel ignorantia in[t]ervenit, ut in actione *de peculio*, vel ſaltem [p]atientia, ut in actione *tributoria*; ut proinde [h]ic non poſſimus dicere videri cum ipſo do[m]ino contractum, vel negotium geſtum eſſe.

AD TIT. VIII.

De Noxalibus actionibus.

Dictum eſt quomodo ex *contractibus* ſerv vel filii dominus vel pater conveniri poſ ſit; videamus nunc quomodo ex *delictis* ſer vorum vel filiorum iidem conveniri poſſint, i quod fit in *hoc tit.*

Quomodo vocantur dictæ actiones?

Reſp. Vocantur actiones noxales. *hic, i pr. tit.*

Ad quid agitur actionibus noxalibus?

Reſp. Non ad hoc ut ſimpliciter & direct litis æſtimatio à domino ſufferatur, verum it ut vel dominus eam ſufferat, aut hominem qui nocuit, noxæ dedat.

Unde dicuntur hæ actiones noxales?

Reſp. A *noxa*: *noxa* vero vel *noxia* (à no cendo) eſt delictum quo nocetur; hinc nox dedere eſt pro peccato, ſive noxæ cauſa ſe nomine dedere, atque hinc *noxales actiones*.

An hæ proprium genus actionum conſtituun an vero ſunt qualitates adjectitiæ aliaru actionum?

Reſp. Quod tantum ſunt aliarum actionu adjectiones; *verbi gratia*, ſi ſervus tuus mi furtum vel injuriam fecerit, ex his delictis acti *furti* vel *injuriarum* mihi contra te datur, no tamen *directa*, quia ipſe non deliquiſti, ſed *no xalis*, ut *hic in pr.*

Cur ſervus ipſe ex ſuo delicto non poteſt conveniri?

Reſp

Reſp. *Primo*, ſervus non habet perſonam ſtandi in judicio. *l. 6. C. de jud.* *Secundo*, quia ſervus bona nulla habet unde ſatisfaciat actori; ergo ne ſervorum delicta maneant impunita, viſum eſt eorum dominos hoc nomine poſſe conveniri.

Quid ſi ſervus homicidium vel aliud delictum publicum commiſerit, an eo nomine etiam tenetur dominus actione noxali?

Reſp. Quod non, ſed ipſe ſervus tenetur, & puniri poteſt. *l* 3. *&* 4. *C. h. tit.* quia in delictis privatis agitur de damno pecuniario ſarciendo, quod facere non poteſt ſervus, quia nihil proprium habet unde ſolvat: in criminibus vero agitur de pœna corpori infligenda, cujus pœnæ etiam capax eſt ſervus, cum & corpus & vitam habeat, licet bona non habeat.

Quid eſt noxa, aut noxia?

Reſp. Aliud eſt *noxa, & noxia*: *noxa* enim eſt ipſum corpus quod nocuit, *noxia* autem ipſum delictum. §. 1. *h. tit.*

Quot modis verbum noxæ *accipitur?*

Reſp. Quatuor modis: *Uno modo* pro delicto, ut apud *Virgil. Unius ob noxam &c.* *Altero modo* pro pœna delicti, ut *l.* 1. §. *cum arietes. ff. ſi quadrup.* *Tertio*, pro damno, ut apud *Ovid. Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.* *Quarto*, pro corpore quod nocuit, ut hic & *infr. de off. jud.* §. 1.

Cur hæ actiones noxales ſunt introductæ?

Reſp. Ne nequitia ſervi domino ſit damnoſa ultra corpus ſuum, id eſt, ultra æſtimationem ſervi. §. *ſumma.* 2. *h. tit.* Non enim oportet cuiquam plus damni per ſervum evenire, quam quanti ſervus eſt. *l.*61. §. *quod vero. ff. de furt.*

Quis

Quis eſt effectus hujus actionis?

Reſp. Triplex: *primo*, reſpectu ejus qui ſervum noxæ dat, quod is hac noxæ deditione liberatur à præſtanda litis æſtimatione; *ſecundo* reſpectu ejus cui noxæ deditus eſt, quod is per hanc noxæ deditionem dominium ſervi acquirit; *tertio*, reſpectu ejus qui noxæ datus eſt, quod ſi is novo domino damnum reſarcierit quæſita pecunia, auxilio prætoris invito eo manumittetur. §. *dominus*. 3. *h. tit.*

Quænam ſunt actionum noxalium ſpecies?

Reſp. Quod aliæ ſint *civiles*, aliæ *prætoriæ*; ex eo quod earum actionum, quibus adjiciuntur, naturam & conditionem imitantur: ſi ergo actiones principales ſunt *civiles*, ut actio *furti*, & ipſa actio *noxalis* talis erit; ſi vero ſint *prætoriæ*, ut *injuriarum*, etiam actio *noxalis*, *prætoria* erit. §. *ſunt autem*. 4. *h. tit.*

Contra quem datur actio noxalis?

Reſp. Datur contra eum qui noxæ dedendæ facultatem habet, id eſt, eum qui eſt dominus ſervi eo tempore quo agitur, licet tempore delicti non fuerit dominus; & hoc eſt quod *hic* dicitur §. *omnis*. 5. *h. tit.* *Noxa caput ſequitur*, id eſt, ejus perſonæ & corpori quaſi lepra adhæret, qui eam commiſit, & cum ea quaſi ambulat.

Quid ergo ſi ſervus poſt commiſſum delictum manumiſſus ſit?

Reſp. Ipſe conveniri poterit, utpote jam liber homo, & qui in judicio conſiſtere poſſit; & hoc caſu actio fit directa, quæ prius fuerat noxalis, ut *hic. verſ. at ſi.*

Quid ſi per contrarium liber homo, poſt noxam commiſſam, in ſervitutem redactus fuerit? Reſp.

Reſp. Hoc caſu actio directa fit noxalis; uia liber homo, qui prius conveniri poterat ctione directa, nunc ſervus factus convenitur ctione noxali, ut *hic. verſ. ex diverſo.*

Inter quos non habet locum actio noxalis?

Reſp. Inter dominum & ſervum proprium; uia inter dominum & ſervum ejus nulla lis ſe poteſt. §. *ſi ſervus. 6. h. tit.* Quod etiam erum eſt, licet idem ſervus manumiſſus vel ienatus ſit, cum in initio non potuerit conſtere actio. *hic. verſ. Ideoque.*

Quid ſi ſervus poſt delictum commiſſum in noſtrum dominium pervenerit?

Reſp. Extinguitur actio. *hic. verſ. unde.* quia eum caſum devenit, à quo incipere non poeſt; & ne quidem alienato vel manumiſſo ſero reviviſcit, quia ſemel extincta fuit. *hic. verſ. eoque.*

An etiam in delictis filiorum locum habet noxalis actio?

Reſp. Quod olim locum habuit, hodie ve- hoc mutatum eſt; *primo* propter pietatem, *cundo* propter pudicitiam, *tertio* quod ipſe fiusfam. delinquens conveniri poteſt actione diecta, ut propter ſuum delictum puniatur, adeo t actione noxali non ſit opus. §. *ult. h. tit.*

AD TIT. IX.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

NON tantum ex *delictis* ſervorum dantur actiones noxales, ſed etiam de *damno da- à quadrupede*, quod vocatur *pauperies*, de qua gitur *h. tit.*

Quænam

Quænam eſt cauſa hujus actionis?

Reſp. Si animal *laſcivia*, aut *fervore*, aut *feritate pauperiem* fecerit. *h. tit. in pr. Laſcivia* id eſt, luxuria, quia animalia laſciviunt & ſaltant propter otium, & cibum; *fervore*, id eſt amore, ut ſi equus tuus, ut equam meam adiret, oſtium fregerit; *feritate*, id eſt, crudelitate, ſcil. ſua, non ſui generis; nam ſi alterius inſtigatu damnum dederit, ceſſat hæc actio.

Quæ eſt origo hujus actionis?

Reſp. Hæc actio eſt antiquiſſima, quippe deſcendit ex *lege* XII. *Tabb. hic. verſ. noxalis.*

Quis eſt effectus hujus actionis?

Reſp. Quod dominus habet electionem an velit æſtimationem damni præſtare; nam noxæ dedendo liberatur. *hic. verſ. quæ animalia.* nec eam electionem dominus, quamvis condemnatus perdit: ſed *jure Friſico* dominus qui noxium animal recepit, electionem ſtatim amittit. *Sand. lib.* 5. *tit.* 7. *def.* 5. ex quo apparet errare eos, qui *moribus noſtris* noxæ deditionem non obſervari tradunt, quos ſequitur *Vinn. hic.*

In quibus animalibus hæc actio locum habet?

Reſp. In iis animalibus quæ natura manſueta ſunt, ut *bos, equus, &c. hic. verſ. hæc autem actio &c.* Cæterum ſi animal noceat, cujus genus eſt natura ferum, ceſſat hæc actio.

Quid eſt pauperies?

Reſp. *Pauperies* eſt damnum ſine injuria facientis datum; quia brutum animal non poteſt videri injuriam facere, cum *ſenſu*, id eſt, intellectu & voluntate careat. *hic. verſ. pauperies.*

An præter dictam actionem etiam non datur alia

alia actio ex damno ab animalibus dato, quæ cum dicta actione concurrit?

Reſp. Quod etiam competit actio *ædilitia*, e *prætoria*, quæ edicto ædilium comprehen- eſt. §. 1. *h. tit.*

Quid eo edicto ædilium cautum eſt?

Reſp. Eo edicto cavetur, ne quis canem, ver- m, aprum, urſum, leonem ibi habeat qua vul- iter ſit; & ſi adverſus ea factum erit, & ſit ocitum libero homini, tanti condemnetur do- inus, quanti judici æquum & bonum videbi- r; cæterarum vero rerum duplum damni præ- tur.

An hæc actio poteſt concurrere cum actione de pauperie?

Reſp. *Imp.* hic dicit, *utramque actionem con- rrere poſſe, neque alteram per altèram tolli*: ia utraque actio tam *civilis* de *pauperie*, quam *dilitia*, eſt *pœnalis*, & de eadem re competit, eſt, de *pauperie* ſeu *damno dato* à *quadrupede*; les autem actiones poſſunt concurrere, per gulam quæ hic traditur *in fin.* §. 1. *verſ. nun- am.*

AD TIT. X.

De iis per quos agere poſſumus.

E Xpoſitis variis *actionum* generibus, conſe- quenter tractatur de *perſonis*, per quas actio- es moventur. *h. tit.*

An tantum quis ſuo nomine agere poteſt, an vero etiam nomine alieno?

Reſp. Olim non facile fuit permiſſum alieno omine agere, niſi pro *populo*, pro *libertate*, pro

pro *tutela*; verum hodie & *procuratorio*, & *t* *torio*, & *curatorio* nomine agere permiſſum eſt

Quæ eſt ratio hujus mutati juris?

Reſp. Quia ætas, & morbus, & neceſſa peregrinatio, itemque aliæ multæ cauſæ ſæ hominibus impedimento ſunt, quo minus reb ſuis ſupereſſe poſſint, ideo conceſſum fuit poſſent per procuratorem litigare. *l.* I. §. *uſus.* *de procur. hic. in pr. verſ. nam.* quod enim q per alium facit, ipſe facere videtur.

Quid eſt procurator?

Reſp. Procurator eſt, qui aliena negotia ma datu domini gerit & adminiſtrat.

Quotuplex eſt procurator?

Reſp. Duplex; alius ad *lites*, alius ad *negoti* *Imp.* autem *hic* loquitur de procuratore ad *lite* non etiam ad *negotia* extrajudicialia.

Quomodo procurator conſtituitur?

Reſp. *Solo conſenſu*, non ſolum præſente, ve rum etiam abſente adverſario. *hic* §. *procura tor.* I. quia procurator conſtituitur per manda tum, mandatum autem nudo conſenſu contra hitur; hodie autem procurator fere conſtituitu per mandatum in ſcripturam redactum, quod vo catur *mandatum procuratorium.*

Quibus modis tutores vel curatores conſtituuntur?

Reſp. Tutores vel dantur à teſtatore, vel lege, vel à magiſtratu: Curatores autem teſta mento non dantur, ſed tantum lege vel à magi ſtratu; & interdum teſtamento dati confirman tur à magiſtratu, ut *primo libro* expoſitum eſt §. *ult. h. tit.*

A I

AD TIT. XI.

De Satiſdationibus.

QUia nemo alieno nomine agere vel defendere poteſt ſine ſatisdatione, ideo commo- hic ſubjicitur *tit. de ſatiſdationibus.*

Quid eſt ſatiſdatio?

Reſp. Eſt cautio quæ fit datis fidejuſſoribus.

An non ſunt etiam alia cautionum genera?

Reſp. Sunt, nimirum *juratoria* cautio, & *nu- a repromiſſio.* §. *ſed hodie.* 2. *in fin. infr. h. t.*

Quid eſt juratoria cautio?

Reſp. Quæ non confirmatur *fidejuſſoribus*, aut *gnoribus*, ſed *jurejurando.*

Quid eſt repromiſſio?

Reſp. Eſt nuda cautio, id eſt, ſimplex promiſ- o ſine *fidejuſſoribus*, ſine *pignoribus*, & ſine *ju- ejurando.*

Quot ſunt partes hujus tit.?

Reſp. Duæ. in *prima* agitur de veteri jure & ore ſatiſdationum: in *ſecunda* agitur, quomo- o hodie ſatiſdationes præſtentur.

Quid dicendum de jure veteri?

Reſp. Jure veteri primo diſtinguebatur, inter ctiones in *rem* & in *perſonam*, deinde inter *ctorem* & *reum* & utriuſque *procuratorem.*

Quænam ſunt conſideranda circa actionem in rem?

Reſp. Hic obſervandæ ſunt tres regulæ.

Quæ eſt prima regula?

Reſp.

Reſp. Quod reus conventus actione in re vel ejus procurator ſatiſdare debet *judicatum ſ vi*, id eſt, ſe ſatisfacturum actori quod in co demnationem deductum eſt; quæ ſatiſdatio h continet, ut ſi reus condemnatus non reſtit rem, vel litis æſtimationem præſtet, ut jam po ſit actor experiri vel cum ipſo reo, vel cum ej fidejuſſore. *hic. in pr. verſ. olim.*

Quænam eſt ſecunda regula?

Reſp. Quod agens actione in rem ſuo nom ne non ſatiſdat. *hic. in pr. verſ. ipſe.* Non eni poteſt cavere de *rato*, quia cum ipſe agat ſ nomine, fruſtra expectaremus ut id ab alio r tum haberetur.

Quænam eſt tertia regula?

Reſp. Quod agens alieno nomine regularit ſatiſdat rem ratam dominum habiturum; eſt, approbaturum quicquid ipſe egiſſet, *hic. ver procurator.* ne judicium reddatur eluſorium, it rum ſcil. de eadem re agente domino, quod d cat, rem inter alios actam vel judicatam ſi non præjudicare. *verſ. periculum. hic.*

Cur dicis, regulariter?

Reſp. Quia procurator tum demum ſatiſdar compellitur, quando dubitatur de mandato; vero de eo certo conſtet, ſatiſdatione non gra vatur. *l. 69. ff. de procur.*

Quid dicendum de tutoribus & curatoribus?

Reſp. Quia hi etiam alieno nomine agunt ideo eodem modo ſatiſdare coguntur; ut *hic verſ. tutores.* Si tamen certo conſtet eos eſſ tutores vel curatores, ſatiſdatio his remitteba tur, quia tunc dominorum loco habentur. *l. 27 ff. de adm. tut.*

Quia

Quid dicendum de ſatiſdationibus in actione perſonali?

Reſp. Quod hic etiam dantur tres regulæ.

Quæ eſt prima regula?

Reſp. Quod ex parte actoris eadem obtinent judicio *perſonali*, quæ diximus obtinere in jucio *reali*. §. *ſi vero.* 1. *h. tit.* id eſt, quod agens o nomine non ſatiſdat, alieno vero nomine ıiſdare compellitur.

Quænam eſt ſecunda regula?

Reſp. Qui alieno nomine convenitur ſatiſdat dicatum ſolvi. *hic. verſ. ejus vero.* quia nemo i alienæ idoneus defenſor ſine ſatiſdatione inlligitur. §. *ſi vero.* 5. *infr. h. tit.*

Quænam eſt tertia regula?

Reſp. Qui ſuo nomine convenitur non ſatiſdat dicatum ſolvi. *hic. verſ. quod ſi.* quia hic non ebetur certa res ſeu ſpecies, ſed genus, quod erire aut corrumpi non poteſt.

Poteſne hæc omnia paucis comprehendere?

Reſp. Poſſum, dicendo quod ex *parte actoris* no caſu ſatiſdari debet de *rato*, cum alieno nonine agitur ac dubitatur de *mandato*, alias non tiſdari.

Ex *perſona* vero *rei* uno caſu non ſatiſdari, um quis ſuo nomine *actione perſonali* conveniır, alias ſatiſdari *judicatum ſolvi.* atque hæc de ıre veteri.

Quænam hodie de jure novo eſt forma & ratio ſatiſdationis?

Reſp. Quod ad hoc explicandum hic tradunur ſex regulæ.

Quænam eſt prima regula?

Reſp.

Reſp. Quod reus ſuo nomine conventus, no amplius cogitur ſatiſdare *judicatum ſolvi*, nequ in *reali*, neque in *perſonali* actione. §. *ſed hodi 2 in pr.*

Quænam eſt ſecunda regula?

Reſp. Quod reus ſuo nomine conventus ca vere debet de *lite perſequenda*, ſive de perma nendo in judicio uſque ad ſententiam, quæ pe *abſolutionem* vel *condemnationem* finem liti im ponit. *hic, verſ. ſed pro ſua. l. 1. ff. de re jud.*

Quomodo eo nomine cavetur?

Reſp. Tripliciter pro diſtinctione perſona rum; vel per *cautionem juratoriam*, vel *per nu dam repromiſſionem*, vel denique per *ſatiſdatio nem.*

Quinam præſtant cautionem juratoriam?

Reſp. Primo *viri illuſtres. l. pen. C. de digni. Secundo* etiam alii qui fidejuſſores reperire no poſſunt, ut *not. ad l. ult. ff. qui ſatiſdar. cog Auth. generaliter. C. de Epiſc. & Cler.*

Quinam ſuæ promiſſioni committuntur?

Reſp. *Primo* clerici quidam. *l. 25. & l. 33 §. in hac. C. de Epiſc. & Cler. Secundo*, qui poſ ſident immobilia. *l. 15. ff. qui ſatiſd. cog.* ſi ta men illa prædia tanti ſint pretii, ut liti reſpon deant; & ſi quidem in eo loco, ubi judiciun agitatur, ſita ſint, alioquin ſatiſdare tenebuntur

Quinam præſtant ſatiſdationem, id eſt, cautionem quæ fit datis fidejuſſoribus?

Reſp. Cæteri omnes, qui non ſunt ſpecialite excepti: & quidem regulariter idonei *fidejuſſo res* dari debent, exceptis neceſſariis perſonis, u *parentibus* & *patronis*, qui qualeſcunque *fide juſſores* dare poſſunt. *l. 1. ff. In jus vocat. ut eant.*

Quænam

Quænam eſt tertia regula?

Reſp. Quod ille qui alieno nomine agit ſatiſ-
are debet de *rato*, niſi liquido conſtet eum eſſe
erum *procuratorem*, puta quia *mandatum actis
ſinuatum* eſt, vel à domino præſente conſti-
itus ſit. *l. un. C. de ſatiſd.* quia enim conſtat
e mandato domini, ideo cautio de rato non
t neceſſaria; eadem etiam in *tutore* vel *cura-
re* vel aliis ſimilibus perſonis obſervantur.
ſin autem. 3. h. tit.

Quænam eſt quarta regula?

Reſp. Quod procurator rei præſentis ſatiſdat,
: reus ipſe, qui per procuratorem judicium ſu-
ipit, pro eo fidejubere poteſt judicatum ſolvi.
ſi vero. 4. h.t.

Quænam ſunt in hac cautione notanda?

Reſp. Duo: *Unum* eſt quod dominus, qui pro
o procuratore fidejubet, non tantum ſe, ſed
iam bona ſua obligare hoc nomine tenetur;
terum eſt, quod hæc obligatio tranſit in ejus he-
des, quod non eſt ſpeciale & hujus caſus pro-
ium, ſed in omnibus fidejuſſoribus obtinet. §.
ej. non tantum. 2. ſupr. de fidejuſſ.

Quænam eſt quinta regula?

Reſp. Quod in dicto caſu, id eſt, cum domi-
ıs litis pro ſuo procuratore fidejubet, tenetur
o ſua perſona *ſatiſdare*; id eſt, alio fidejuſſore
to cavere, quod tempore ſententiæ definitivæ
rendæ in judicium veniet, ut poſſit ſententiæ
isfacere: aut ſi ipſe non venerit, ſaltem fide-
ſſor judicatum ſolvet, niſi fuerit provocatum,
eſt, appellatum. *hic, verſ. alia.* nam per ap-
llationem liberatur fidejuſſor, cum jam inci-
at aliud eſſe judicium, quod vulgo vocatur *ſe-
ndæ inſtantiæ.*

Quænam eſt ſexta & ultima regula?

Reſp. Quod procurator rei abſentis cogitu ſatiſdare *judicatum ſolvi*; quia *nemo defenſor idoneus eſt litis alienæ ſine ſatiſdatione.* §.*ſi vero.* 5 *h. tit.*

Cur hic nulla ſit mentio actoris?

Reſp. Quia is neque *veteri* neque *novo* jur ſatiſdare compellitur, ut *ſupra* dictum.

Unde hæc omnia accuratius & perfectius diſcenda ſunt?

Reſp. Ex quotidiano uſu, & *praxi forenſi.* § *quæ omnia.* 6. *h. tit. Praxis* enim non ſolum i hac re, ſed etiam in omni parte juris noſtri eſ *optimus magiſter*, & ut ait *Ovid.*

Solus &, artifices qui facit, uſus erit.

Ideo tam in *diſcendo* quam *docendo* jure, alterun quaſi oculum in *praxin* hodiernam, & *ſtylun fori & Curiæ* intentum habere debemus.

An hic mos ſatiſdandi tantum in hac Regi urbe, an vero in omnibus imperii provinci eſt obſervandus?

Reſp. Quod hic *mos* cavendi non ſolum *Conſtantinopoli*, verum etiam in omnibus Imper *provinciis* eſt obſervandus; ita, ut ſi quid alit forte aliter obſervetur per imperitiam, id in me lius reformari debeat ſecundum hunc morem. § *ult. h. tit. Legibus enim principis civitatis ali quoque tenentur*, ſi nihil aliud cautum ſit. *Rade lant. deciſ. Ultr. Cur.* 117.

A

AD TIT. XII.

De perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad heredes & in heredes tranſeunt.

EXpoſitis diverſis *actionum* generibus, & *perſonis* per quas actiones moventur; conſequenter agitur de *vita* ſeu *duratione actionum*, quod fit in *hoc tit.*

Unde ergo cognoſcitur, an aliqua actio ſit perpetua an temporalis?

Reſp. Ex eo, an ſit *civilis*, an vero *prætoria*; ſingulariter enim actiones quæ ex *jure civili* dependunt ſunt *perpetuæ*, quæ vero à juriſdictione prætoris ſubſtantiam capiunt, eæ *annuæ* eſſe ſolent, *ut hic, in pr.*

Quomodo hoc intelligendum, quaſdam actiones dici perpetuas?

Reſp. Non quæ nullo unquam tempore finiuntur, ut *olim*, ſed quæ durant in longum, vel longiſſimum tempus: ut actiones *in rem*, decem vel viginti annis; actiones vero in *perſonam*, triginta vel quadraginta *annis*.

Quæ ſunt actiones temporales?

Reſp. Temporales ſunt, quæ breviori temporis ſpatio includuntur. aliæ enim *anno* finiuntur: ut *actio injuriarum, reſciſſoria, Pauliana*; aliæ *biennio*, ut *condictio chirographi ob pecuniam non numeratam*; aliæ *triennio*, ut *emphyteuſis*.

Cur actiones civiles ſunt perpetuæ, prætoriæ vero annuæ?

Reſp. Quia civiles cauſam habent perpetuam, nimirum *jus civile* cujus vis ac poteſtas perpetuo durat;

durat; *prætoriæ* vero ab ipſius *prætoris* imperi
& juriſdictione pendent, quæ anno tantum du
rabat. *hic, verſ. nam &c.* unde *edictum* prætori
lex annua appellatur à *Cicerone* in *Verrinis*.

An omnes prætoriæ ſunt annuæ?

Reſp. Quod non; nam quæ *rei perſecutione*
continent ſunt perpetuæ, qualis eſt *poſſeſſoria h*
reditatis petitio. hic, verſ. aliquando. niſi contr
jus civile dentur: quæ vero *pœnam* perſequun
tur fere ſunt *annuæ*; excepta *actione furti m*
nifeſti in *quadruplum. hic, verſ. furti.* qu
ſucceſſit in locum actionis civilis, quæ deſcen
debat ex *lege* XII. *Tabb.*

Cur actiones rei perſecutoriæ ſunt perpetuæ, pœnales vero annuæ?

Reſp. Quia perſecutoriæ ſunt favorabiles, pœ
nales vero odioſæ; *odia autem ſunt reſtringen*
da. c. odia. de R. I. in 6. *l.* 19. *ff. de lib. & poſt*

An non etiam alia eſt differentia actionum, quoad durationem?

Reſp. Eſt: nam quædam conceduntur her
dibus & in heredes; quædam heredibus ſed n
in heredes; quædam neque heredibus, nequ
in heredes. §. *non autem.* I. *h. tit.*

Quæ ſunt actiones quæ heredibus & in heredes dantur?

Reſp. Omnes *rei perſecutoriæ* dantur hered
bus & in heredes, etiamſi oriantur *ex contract*
in quo dolus intervenit. *l.* 152. §. *ult. l.* 157.
ult. ff. de R. I. & *hic, in pr.* Excipiuntur acti
nes *in rem*, quæ quamvis ſint *rei perſecutori*
tamen non dantur in *heredes* quatenus ſunt *he*
des, ſed quatenus ſunt *poſſeſſores*.

Quæ ſunt, quæ heredibus dantur, ſed non contra heredes?

Re

Reſp. Actiones *pœnales*, ex *maleficiis* & *quaſi maleficiis* deſcendentes, dantur quidem *heredibus* ſed non *in heredes. verſ. eſt enim.* quia in delictis & pœnis non jus, ſed factum verſatur, facta autem & pœnæ ſunt *perſonalia*; ideoque heres in pœnam non ſuccedit; *pœnæ enim ſuos tenere debent auctores. l.* 22. *C. de pœn.*

An aliquando actiones ex contractu etiam in heredes non dantur?

Reſp. Quod aliquando non dentur; veluti ex *cauſa depoſiti neceſſarii* non datur actio in heredem *in duplum*, ſed tantum *in ſimplum*: cum heres ex dolo defuncti in contractu admiſſo non teneatur, ſi ex eo dolo nihil ad eum pervenit. *hic, verſ. aliquando.* ſin vero aliquid pervenit eatenus tenetur. *l.* 38. *l.* 44. *ff. de R. I. turpia enim lucra heredibus ſunt auferenda. l.* 5. *ff. de calumn.*

Quænam actiones neque heredibus, neque in heredes dantur?

Reſp. *Actio injuriarum*, & ſi qua alia ſimilis inveniatur: *hic, verſ. excepta.* ut *querela inofficioſi, actio revocatoria donationis. l.* 7. *C. de revoc. don.* quia actio *injuriarum* magis ad ultionem, quam rem familiarem pertinet, nec in bonis noſtris computatur antequam litem conteſtemur. *l.* 28. *ff. de injur.*

An hoc quod dictum eſt de actionibus pœnalibus, nullam habet exceptionem?

Reſp. Habet; nam poſt *litem conteſtatam* actiones *pœnales* tranſmittuntur in *heredes*, hoc eſt, dantur tam heredibus quam contra heredes: *hic, verſ. pœnales.* quia judicio quaſi contrahitur, & fit *novatio neceſſaria. l.* 3. §. *idem. ff. de pecul.* non ergo eſt amplius actio ex delicto, ſed ex contractu.

Eſtne quædam proprietas omnibus actionibus & judiciis communis?

Reſp. Eſt; nam *hic* §. *ult.* traditur, *quod omni[a] judicia ſint abſolutoria*, non quod ſemper rei abſolvantur, ſed quod ſemper contingere poſſit ut reus abſolvatur; etenim ſi debitor non ſit ſine dubio abſolvi debet, ſi vero ſit debitor poterit judicio pendente ſatisfacere actori, tuncque judex poterit eum abſolvere, & ſic magnam utilitatem reus aliquando conſequi poteſt: *exempli gratia*, ſi per ſententiam inferatur infamia ſi quidem ante ſententiam ſolverit, non fit infamis.

AD TIT. XIII.

De Exceptionibus.

POſt *actiones*, de quibus hactenus locuti ſumus, ſequuntur *exceptiones*, quæ ſunt *reorum defenſiones*, de quibus agitur *hoc tit.* ut enim actor contra reum agit, ita reus contra actorem excipit. *hic, in pr.*

Quot modis dicitur exceptio?

Reſp. Duobus modis: vel *late* ſeu *impropri[e]* pro qualibet rei defenſione, etiamſi actor re vera nullam habuerit actionem, quomodo reus negans intentionem actoris dicitur excipere; vel *proprie* ſeu *ſtricte*, pro ea rei defenſion[e] quæ, actioni alioquin jure conſtitutæ oppoſita hanc ipſam æquitatis ratione excludit.

Quid eſt exceptio?

Reſp. Exceptio eſt *actionis excluſio. l.2. in pr. ff. h. tit.* Ergo ubi non eſt *actio*, ibi non poteſt eſſe *exceptio*.

Cu

Cur exceptiones ſunt introductæ?

Reſp. Quod exceptiones nituntur diſtinctione *æquitatis* à *ſtricto jure*; cum enim *actio juſta* eſt, id eſt, ſtricto jure competit, *iniqua* tamen eſt, hoc eſt, æquitati repugnat, adeo ut *ſtrictum jus* ſit pro *actore*, *æquitas* autem pro *reo*; tunc reo ſuccurritur per exceptionem. *hic, in pr. verſ. ſæpe.* Hanc exceptionum rationem & utilitatem declarat *Imp.* variis exemplis.

Quod eſt primum exemplum?

Reſp. *Exceptio metus*: ſi quis enim metu coactus aliquid promiſit, jus ſtrictum ex promiſſione contra eum dat actionem, quia etiam coacta voluntas eſt voluntas, ex *l.* 21. §. *ſi metu.* 5. *ff. quod met. cauſ.* æquitas autem ex metu eidem tribuit exceptionem, quia vim ac metum comprobare contra bonos mores eſt. *l.* 116. *ff. de R. I.* §. 1. *h. tit.*

Quodnam eſt ſecundum exemplum?

Reſp. *Exceptio doli*: cum ſcil. aliquis dolo adverſarii deceptus aliquid promiſit, tenetur ipſo jure, quia dolus non vitiat contractus. *l.* 36. *ff. de verb. obl.* quia tamen iniquum eſt dolum alicui contra naturalem æquitatem prodeſſe, ideo propoſuit prætor exceptionem doli: *l.* 1. §. 1. *ff. de dol. except.* ne ex eo, quod perfide geſtum eſt, actor aliquid conſequatur. *l.* 4. §. *Marcellus.* 13. *ff. d. tit.*

Quodnam eſt tertium exemplum?

Reſp. *Exceptio in factum*, quæ naſcitur ex errore promittentis: ſi quis enim per errorem promiſerit, cum falſo putaret ſe debere, tenetur quidem ſtricto jure propter promiſſionem, ſed prætor ex bono & æquo ratione juſti erroris ei per exceptionem in factum ſuccurrit, quia

nihil tam eſt contrarium conſenſui quam error. a *l.* 116. *de R. I.*

Quodnam eſt quartum exemplum?

Reſp. Exceptio *non numeratæ pecuniæ*, qua datur illi qui ſtipulanti promiſit ſe centum aureos, quos ab ipſo mutuo accepit, ſoluturum cum tamen numeratio ſubſecuta non eſſet: e qua quidem ſtipulatione promiſſor tenetur ſtricto jure; ſed tamen quia ſtipulationem numeratio ſecuta non eſt, atque ideo mutuum eſt ſine re, ideo reus exceptione non numeratæ pecuniæ ſe defendere poteſt contra actorem ſin cauſa ex ſtipulatu agentem. eſſet enim perinquum ipſum cogi ad reddendum id quod nunquam accepiſſet. §. 2. *h. tit.*

Quodnam eſt quintum exemplum?

Reſp. Eſt exceptio *pacti conventi*, quæ datu debitori qui cum creditore pactus eſt de non petenda pecunia, quam ei ex civili aliqua obligatione vere & efficaciter debebat: *verbi gratia* ex *mutuo*, ex *empto*, ex *locato*, &c. quæ quiden obligatio per hoc pactum non tollitur ipſo jure quia obligatio eſt juris, in pactis vero factum verſatur. *l.* 27. §. 2. *ff. de pact.* & obligatio ſolutione & aliis modis, de quibus actum in *tit quib. mod. obl. toll.* ipſo jure tollitur, non vero pacto conventu; quia tamen iniquum eſt actorem contra datam fidem à reo petere id de quo expreſſe conventum eſt ne peteret, ne reus ex hac actione condemnetur defendet ſe exceptione pacti conventi hoc modo, *ſi non mecum pactus es de non petendo.* §. *præterea.* 3. *h. tit.*

Quæ eſt ratio hujus exceptionis?

Reſp. Æquitas naturalis, quæ pacto ineſt quia nihil magis congruit fidei humanæ, quam

e

ea ſervare quæ inter contrahentes placuerunt, quia *grave eſt fidem fallere. l. 1. ff. de conſt pec. l. 1. ff. de pact.*

Quodnam eſt ſextum exemplum?

Reſp. Exceptio *jurisjurandi*, quæ datur reo qui juravit, vel in actione *in rem*, ſuam eſſe rem &c. vel in actione *in perſonam*, ſe nihil dare aut facere oportere, ſi de eadem re rurſus conveniatur ab actore; tunc enim poteſt ſe defendere hoc modo: *ſi non juravi me tibi dare non oportere vel rem meam eſſe*; quamvis enim per jusjurandum non tollatur obligatio & actio ipſo jure, tamen quia grave atque iniquum eſt de perjurio quæri, ideo omnimodo cuſtodiendum eſt jusjurandum per exceptionem *jurisjurandi. §. æque. 4. h. tit.*

Quid ergo ſi reus qui eſt verus debitor juravit ſe non debere atque ita pejeravit?

Reſp. Quod nihilominus datur exceptio jurisjurandi, quia iniquum eſt de perjurio quæri; & hic non quæritur an pecunia debeatur, ſed an juratum ſit. *hic, verſ. ſed quia.*

Quid ergo an reus ex ſuo dolo & perjurio lucrabitur?

Reſp. Quod non lucratur ex ſuo dolo, ſed ex conventione actoris qui ipſi jusjurandum detulit; & ſi perjurium commiſerit non obſtat, quo minus alio judicio de perjurio quæratur, & perjurus extraordinaria pœna officio judicis afficiatur. *Menoch de arbitr. caſu* 319.

Quodnam eſt ſeptimum & ultimum exemplum?

Reſp. Eſt exceptio *rei judicatæ*, quæ datur reo, qui per ſententiam judicis abſolutus eſt in actione *in rem*, vel in actione *in perſonam*: ſi

enim aliquis inique abſolutus ſit, cum revera deberet aut res eſſet actoris, atque ita ipſo jure ab actore rurſus poſſit conveniri, quia obligatio adhuc durat, nec per ſententiam ſublata eſt tamen quia iniquum eſt bis de eadem re agi ne judicia reddantur eluſoria, ac lites multiplicentur, ideo defenditur per exceptionem *rei judicatæ*, ut aliquis ſit litium finis, & rebus judicatis ſtetur. §. *Item ſi.* 5. *h. tit. l.* 1. *C. de re jud.*

Quænam requiruntur ut huic exceptioni locus ſit?

Reſp. Tria: *primo*, ſi de eadem re agatur *ſecundo*, ſi ſit eadem cauſa petendi, & *tertio*, ſi ſint eædem perſonæ; ſi unum ex his tribus deficiat, non erit huic exceptioni locus. *l.* 3. 5, 7 12. *&* 2. *ll. ſeqq. ff. de except. rei jud.* His ſeptem exemplis poſitis plura alia poſſent adjungi, ſed *Imp.* jubet reliqua peti ex *libr.* 44. *ff* qui totus fere eſt de *exceptionibus*. §. *hæc.* 6 *h. tit.*

Quænam ſunt exceptionum diviſiones?

Reſp. Quod duæ diviſiones hic ab *Imp.* proponuntur.

Quæ eſt prima diviſio?

Reſp. Quod quædam exceptiones ſunt *civiles* quæ jure civili introductæ ſunt; quædam ſunt *prætoriæ*, quæ ex ipſius prætoris juriſdictione ſubſtantiam capiunt. §. *quarum.* 7. *h. tit.*

Da exempla civilium exceptionum.

Reſp. Hæc pauca ſunt: ut exceptio *SCti Macedoniani.* §. *pen. ſupr. quod cum eo &c.* exceptio *SCti Vellejani*; item exceptio *diviſionis ex Epiſtola Divi Adriani.* §. 4. *ſupr. de fidejuſſ.* item exceptio *non numeratæ pecuniæ*, quæ eſt ex *con-*

ſtitutionibu

ſtitutionibus principum. §. 2. *h. tit.* reliquæ pene omnes ſunt *prætoriæ*, ſive à prætore ad æquitatem naturalem introductæ, quarum ſupra aliquot exempla propoſita expoſuimus.

Quænam eſt ſecunda diviſio?

Reſp. Quod quædam ſunt *perpetuæ* ſive *peremptoriæ*, quædam *temporales* ſive *dilatoriæ*; quæ diviſio ſumpta eſt ab *effectu*, eaque *forenſi uſu* celeberrima eſt. §. *appellantur.* 8. *h. tit.*

Quænam ſunt perpetuæ ſive peremptoriæ?

Reſp. Quæ ſemper agentibus obſtant, & rem ſive cauſam, vel litem perimunt. §. *perpetuæ.* 9. *h. tit.* unde & *peremptoriæ* vocantur.

Cur ergo dicuntur peremptoriæ?

Reſp. Ut intelligatur eas eſſe, quæ actionem & rem, de qua agitur, ſic excludunt, ut perimant; atque ita effectu eo res redit, quaſi actio nulla ſit, deſinit enim eſſe id quod perimitur: unde dicitur, *nihil intereſſe utrum actionem quis non habeat, an ea per exceptionem infirmetur.* *l.* 112. *ff. de R. I.*

Cur eædem exceptiones vocantur perpetuæ?

Reſp. Ut ſignificetur eas non ſolum in ſolidum rem cui obſtant perimere, ſed perimere *perpetuo*: itaque ut obſtent, non ad tempus ſed perpetuo competere, ut *hic* declaratur; quia actor quidem actionem proponere poteſt, quando velit, reus vero non poteſt exceptionem opponere, antequam conveniatur, itaque non poteſt reo vitio verti, quod intra certum tempus ſua exceptione uſus non fuerit.

Da exempla exceptionum peremptoriarum?

Reſp. Exempla ſunt hæc: *exceptio doli mali, quod metus cauſa, pacti conventi*, ſi videlicet con-

venerit ne pecunia unquam petatur; item *tranſactionis*, *rei judicatæ*, *jurisjurandi*, *&c.* de quibus quoniam ſatis ſupra dictum eſt, non opus eſt hic eadem repetere.

Quid dicendum de exceptione non numeratæ pecuniæ, eſtne ea perpetua & peremptoria, an vero temporalis & dilatoria?

Reſp. Eſt *perpetua* & *peremptoria*, quamvis *quidam DD.* eam referant ad tertium genus, quod vocant exceptiones *anomalas*.

Sed quomodo dicitur perpetua cum biennio terminetur?

Reſp. Quamvis tantum detur intra biennium cum ſuo privilegio, tamen eſt *perpetua* & *peremptoria*, quia intra biennium oppoſita actionem in perpetuum perimit; non enim hic dicitur *exceptio perpetua* tam ratione durationis, quam ratione *effectus*, eo quod actionem cui opponitur perpetuo perimit, quam vim cum habeat exceptio *non numeratæ pecuniæ*, etiam *perpetua* & *peremptoria* eſt dicenda.

Quænam ſunt exceptiones temporales atque dilatoriæ?

Reſp. Quæ ad tempus nocent, & hujus temporis dilationem tribuunt. §. *temporales.* 10. *h. tit.*

Quodnam eſt illud tempus, intra quod ſingulæ competunt, poſt autem illud tempus non nocent?

Reſp. Id ex exemplis ſingularum facilius apparebit: Si enim conventione debitoris quæſitæ ſint hujuſmodi exceptiones, id tempus habent quod conventione comprehenſum eſt; *exempli gratia*, ſi inter debitorem & creditorem

rem convenerit, ne intra certum tempus pecunia peteretur, puta intra *quinquennium*, hoc pactum producit *exceptionem dilatoriam*, per quam creditor agens intra *quinquennium* ſummoveri poſſit, poſt *quinquennium* autem agens admittatur; ut *hic, verſ. qualis.*

Quodnam eſt proprium hujus exceptionis pacti temporalis?

Reſp. Ut non ſolum ante tempus pactione expreſſum agere non liceat, verum etiam ſi contra factum fuerit, conduplicentur reo induciæ, & poſt eas finitas non aliter litem ſuſcipere cogitur, quam refuſis omnibus litis expenſis. *hic, verſ. hodie. Ex. gr.* Si petat actor ante quatuor menſes quam ſolvi debet, octo menſes expectare cogitur, & hoc tempore elapſo ad agendum non admittitur, quam refuſis reo omnibus expenſis, quod poſtremum & hodie ſervatur.

Quænam eſt differentia inter exceptiones dilatorias & perpetuas?

Reſp. Duplex. *Una* quoad *effectum*, quod *exceptiones dilatoriæ* litem tantum differunt, & morantur ad tempus; *perpetuæ* vero prorſus tollunt & perimunt: *Altera* quoad *uſum*, quod *dilatoriæ* tantum in exordio litis ſive ante *litis conteſtationem* opponi poſſunt, poſtea non admittuntur, quia his tacite renunciatum eſſe videtur. *l. pen. & ult. C. h. tit. Peremptoriæ* vero ſemper, etiam poſt litem conteſtatam, dummodo ante ſententiam, opponi poſſunt. *l. 4. & 8. C. h. tit.*

Cur hic nulla mentio fit exceptionum declinatoriarum?

Reſp. Quia comprehenduntur ſub *temporalibus*; dum enim quis *declinatoriam* proponit, hoc eſt, *forum* dicit eſſe *incompetens*, vel ſe vocatum

ad

ad judicem, ſub cujus territorio non eſt, is qu dem ipſam litem non perimit, ſed tantum juc cium differt ad tempus.

Exceptionum dilatoriarum quædam dicuntur ſumi ex perſona, quænam illæ ſunt?

Reſp. Sunt variæ; hic tamen §. *ult.* tantu fit mentio *exceptionum procuratoriarum*, id e quæ procuratorem ſummovent quaſi non poſ procuratoris officio fungi.

Quot ſunt ejuſmodi exceptiones?

Reſp. Hic tres tantum in contextu prop nuntur: *Prima* eſt *exceptio militiæ*; nam mil non poteſt eſſe alterius procurator, ne hac r tione avocetur à militia *l 7. C. de procur. S cunda, exceptio ſexus*; quia procuratoris officiu virile eſt, ideoque mulieres ab eo ſubmove tur. *l.* 18. *C. de procur. Tertia* eſt *excepti inf miæ*; ſed hanc *Imp.* abolet, ne hoc prætex judicia differantur. *verſ. eas vero.* §. *u* [illegible] *tit*

An ergo infames poſſunt eſſe procuratores jure civili?

Reſp. Quod non; quia *Imp.* hic non dici *exceptionem infamiæ* procuratori ideo poſſe o poni, quia infames non poſſint eſſe procur tores *jure civili*, ſed quia hujuſmodi exceptio i judiciis non frequentabatur, tum etiam ne lit protelentur.

AD TIT. XIV.

De Replicationibus.

POſt *exceptiones*, quæ ſunt *reorum defenſione* dicendum eſt de *replicationibus*, quibu actores reorum exceptiones excludunt, de qu bus agitur *hoc tit.*

Qui

Quid eſt replicatio?

Reſp. Eſt *exceptionis exceptio*: unde dicta *replicatio*, quia per eam replicatur, id eſt, reſolvitur jus exceptionis. *hic, in pr.* Hic enim eſt ordo judiciorum, ut *actor* contra *reum* agat, *reus* contra *actorem excipiat*, *actor* contra *rei exceptionem replicet*, *reus* contra *actoris replicationem duplicet*, iterum *actor* contra *rei duplicationem triplicet*, & *reus* contra *actoris triplicationem quadruplicet*; ut ergo *exceptio* actionem, ita *replicatio* exceptionem, & *duplicatio* replicationem & *triplicatio* duplicationem, & *quadruplicatio* triplicationem elidit. *hic, in pr. &* §. 1. *&* 2. *h. tit.*

Cur replicatio eſt inventa?

Reſp. *Actoris* adjuvandi gratia, contra injuſtitiam *exceptionis*: ut enim exceptiones introductæ ſunt propter quandam æquitatem ut ſupra dictum, ita & *replicationes* à parte actoris eandem habent cauſam & originem, quod *hic in pr.* declaratur.

Cur inventa eſt duplicatio?

Reſp. Ut reus eam opponat replicationi actoris; eſt enim *duplicatio* allegatio rei ſecunda ad elidendam iniquam actoris *replicationem*.

Unde dicta eſt duplicatio?

Reſp. Ex numero & ordine *exceptionis* opponendæ: nam qui prius *exceptionem* oppoſuerat, ſi, hac per *replicationem* excluſa, novam *exceptionem* adfert adverſus *replicationem*, recte dicitur *duplicare*, quia exceptione bis utendo hanc *conduplicat*; eſt ergo *duplicatio*, quaſi iterata ſeu duplicata rei defenſio. §. *rurſus.* 1. *h. tit.*

Cur inventa eſt triplicatio?

Reſp.

Reſp. Ut actor eam opponat duplicationi rei ut ſit *triplicatio* exceptio ſecunda prodita actor ad excludendam *duplicationem* à reo oppoſitam §. *& ſi.* 2. *h. tit.*

Unde dicta eſt triplicatio?

Reſp. Ab ordine harum defenſionum, qui hæc *duplicationem* ſequitur, nam quod *duplum* proxime ſequitur non aliud eſt quam *triplum.*

Cur inventa eſt quadruplicatio?

Reſp. Ad *triplicationem* actoris excludendam quæ ejuſdem originis habita ratione dicitur *quadruplicatio*, ut tum ſit harum defenſionum contrariarum finis, cum poſtremæ nihil juſte objicitur. §. *quarum.* 3. *hic. l.* 2. *ff. de except.* rarius tamen in bene conſtitutis judiciis ultra *quadruplicationem* partes ſolent procedere, niſi cauſæ moles ſpecialiter id exigat. *Groeneweg. hic.*

Declara hunc ordinem aliquo exemplo?

Reſp. *Ex. gr. Titius* commodavit *Sempronio* equum, is cum equo profectus in bellum incurſu hoſtium eum amiſit, quæritur an teneatur præſtare æſtimationem: *Titius* repetit equum actione *commodati*; contra quam *Sempronius* excipit, quod hoſtium incurſu equum amiſit, & ideo non tenetur; contra hanc *exceptionem actor* utitur *replicatione* quod *Sempronius* ſe caſu fortuito defendere nequit, quia culpa caſum præceſſit; *culpa* enim eſt re commodata aliter uti quam acceperis; ſed *reus* forte hac *duplicatione* uti volet, quod putabat ſe non invito actore aliter uti re commodata: eoque excuſandum eſſe §. 8. *ſupr. de obl. quæ ex del. Judex* hic ſiſtet diſputationis curſum, nec ad *triplicationem* perveniri ſinet, quia quamvis hæc opinio rei excuſet à *furto*, non tamen à *culpa*, quæ ſola ſufficit ad con-

[c]ondemnandum reum. §. 3. *ſupr. quib. mod. re [c]ontr. obl.*

An exceptiones reo competentes ſoli reo, an vero etiam aliis, puta fidejuſſoribus & heredibus, proſint?

Reſp. Quod quædam exceptiones, quæ *reo* [c]ompetunt, *fidejuſſori* quoque proſunt, aliquæ *fi[d]ejuſſori* non proſunt.

Unde hoc licet dignoſcere?

Reſp. Ex eo quod quædam *exceptiones* rei co[h]ærent, & ratione rei potius quam perſonæ [c]ompetunt, aliæ vero perſonæ cohærent; *ex[c]eptionales reales* etiam competunt fidejuſſori, non [ſ]olum volente ſed etiam invito reo principali, [p]*erſonales* vero non tranſeunt ad alios. *Verbi* [g]*ratia*, *reus* principalis ab actore judicio con[v]entus abſolutus eſt, *hinc exceptio rei judicatæ* [n]aſcitur, quæ exceptio non tantum *reo princi*[p]*ali* verum etiam ejus *fidejuſſoribus* competit; [i]dem etiam dicendum de aliis ſimilibus *exceptio*[n]*ibus*, puta *pacti conventi, jurisjurandi, &c.* §. [u]*lt. verſ. qua ratione. h. tit.* nam alias reo prin[c]ipali *exceptio* nihil eſſet profutura, quoniam [q]uod à *fidejuſſore* petitur ab ipſo *reo* principali [p]eti videtur, cum is *mandati* judicio hoc poſ[ſ]it à *reo* principali repetere. *verſ. quia. hic.* [P]*erſonales* vero *exceptiones* quia *perſonæ* cohæ[r]ent, non competunt *fidejuſſori*; quale eſt *com*[p]*etentiæ* quod datur ei qui bonis ceſſit, ſed non [e]jus *fidejuſſori*, quia *fidejuſſor* ideo maxime acci[p]itur ut ab eo conſequamur quod à reo princi[p]ali, ſi is forte ſolvendo non ſit, conſequi non [p]otuimus. *hic, verſ. ſed hæc.*

AD

AD TIT. XV.

De Interdictis.

POſt *actiones* & *exceptiones* ſequuntur *inte*[rdicta], *dicta*, quæ olim ad *actiones* pertinebant, u[t] pote præparatoria actionum in rem, de quib[us] *Imp.* agit *hoc tit.* quia hodie pro *interdictis* [a]ctiones *extraordinariæ* ſive *utiles* exercentur, [ut] *Imp. hic in pr. tit.* admonet.

Quomodo differunt interdicta ab actionibus ?

Reſp. Variis modis: *Primo*, quod *actiones* v[el] ſunt in rem vel in perſonam, *interdicta* ve[ro] omnia ſunt in perſonam; *Secundo*, quod *acti*[o]*num* quædam ſunt civiles, quædam prætori[æ], *interdicta* vero omnia ſunt prætoria; *Terti*[o], quod *actiones* multæ ſunt de proprietate & j[u]re rei, *interdicta* vero ſunt de poſſeſſione; *Qua*[r]*to*, *interdicta* tantum præparant & ordina[nt] cauſam proprietatis, ſed *actiones* cauſam finiu[nt] & terminant; *Quinto*, *interdicta* erant *decre*[ta] quædam prætorum de poſſeſſione vel quaſi po[ſ]ſeſſione ne cui vis in ea fieret, *actiones* ve[ro] erant *formulæ*, quæ continebant intentione[m] actoris, quibus apud pedaneum judicem litig[a]batur.

Quid ergo ſunt interdicta ?

Reſp. *Imp. in pr.* hujus *tit.* dicit, quod ſi[nt] formæ atque conceptiones verborum, quib[us] prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri proh[i]bebat, quod tunc maxime fiebat, cum de po[ſ]ſeſſione aut quaſi poſſeſſione inter aliquos co[n]tendebatur.

Cur dicuntur formæ atque conceptiones verborum?

Reſp.

Reſp. Quia *prætor* in interdictis certis ac ſo- :mnibus verbis utebatur; qualia ſunt *uti poſſi- etis, quo minus ita poſſideatis, vim fieri veto.* 1. *ff. uti poſſidet.*

Cur additur, quibus prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat?

Reſp. Quia *prætor* jubet quid fieri tam in *ex- ibitoriis* quam in *reſtitutoriis*, ut *rem illam vel 'um hominem illi exhibeas, rem illam illi reſti- ıas*; vetat vero aliquid fieri in *prohibitoriis*, ut *im fieri veto &c.*

Cur ſequitur, quod tunc maxime fiebat, cum de poſſeſſione aut quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur?

Reſp. Quia poſſeſſio proprie eſt rerum corpo- ılium, quaſi poſſeſſio incorporalium, ut *uſus- 'uctus, uſus, ſervitutis*, aut alterius juris.

An non etiam quædam interdicta ſunt, quibus de proprietate & non de ſola poſſeſſione contenditur?

Reſp. Sunt quædam *interdicta* quæ etiam cau- ım proprietatis continent ac finiunt; ſed hoc on tam primario ſive per ſe, quam per conſe- uentiam & accidens fit, dum is vincit, qui jus, e cujus uſu agitur, ad ſe pertinere oſtendit, uod receptum eſt in *interdicto de itinere actuque rivato reficiendo. l.* 3. §. *ait.* §. *hoc autem. ff. de 'in. actuque priv.*

Quomodo interdicta dividuntur?

Reſp. Quod *Imp. in hoc tit.* tres proponit in- :rdictorum diviſiones.

Quænam eſt prima diviſio?

Reſp. Quod quædam interdicta ſunt *prohibi- ıria*, quædam *reſtitutoria*, quædam *exhibitoria.* . *ſumma.* 1. *h. tit.*

Quæ

Quæ ſunt prohibitoria?

Reſp. Quibus *prætor* vetat aliquid fieri, ve luti *vim ſine vitio poſſidenti*, vel *mortuum infe renti quo ei jus erat inferendi*, vel *in loco ſacr ædificari*, vel *in flumine publico ripave ejus ali quid fieri quo pejus navigetur.*

Quæ ſunt reſtitutoria?

Reſp. Quibus *prætor* jubet aliquid reſtitu veluti *bonorum poſſeſſori poſſeſſionem eorum, qu quis pro herede aut pro poſſeſſore poſſidet*; aut cur jubet ei qui vi de poſſeſſione dejectus eſt reſtitu poſſeſſionem, quod interdictum vocatur *unc vi*, quo aliquis recipit *poſſeſſionem* rei immobili *hic, verſ. reſtitutoria.*

Quæ ſunt exhibitoria?

Reſp. Per quæ jubet exhiberi *prætor*, id eſ *in publicum produci & videndi tangendique fa cultatem præberi*, puta *liberum hominem*, vel *l bertum*, vel etiam *liberos noſtros quos in poteſta habemus. hic, verſ. exhibitoria.*

Unde dicta ſunt interdicta?

Reſp. Vel ab *interdicendo*, id eſt, prohibend ſeu denunciando, vel quod inter *duos*, aut *inte rim*, dum petitorio judicio agitur, dicantur. *hi verſ. Sed tamen.*

Quænam eſt ſecunda diviſio?

Reſp. Quod quædam *adipiſcendæ poſſeſſionis* cau comparata ſunt, quædam *retinendæ*, quædai *recuperandæ. §. ſequens. 2. h. tit.*

Unde hæc diviſio eſt deſumpta?

Reſp. A fine & uſu *poſſeſſionis*, quam vel ha bemus, vel *habuimus*, vel nec *habemus* nec ha buimus. Si poſſeſſionem adhuc habemus, agitu de ea *retinenda*, ſi *habuimus* agitur de ea *recupe randæ*

anda, ſi vero nec habemus nec habuimus agi-ur de ea *adipiſcenda*. Eſt igitur differentia in-er *adipiſci* & *recuperare*: dicimur enim *adipiſci* oſſeſſionem, quam antea non habuimus; *recu-erare* autem poſſeſſionem, quam antea habui-nus & amiſimus.

An non plures ſunt ſpecies quam hic referun-tur, videlicet confirmandæ poſſeſſionis?

Reſp. Non; nam *interdicta confirmandæ* poſ-ſeſſionis ſunt referenda ad ſpeciem *retinendæ*.

Quænam ſunt interdicta adipiſcendæ poſſeſſionis?

Reſp. Quibus eam poſſeſſionem, quam nun-quam habuimus, obtinemus; cujuſmodi eſt in-erdictum *quorum bonorum*, & interdictum *Sal-vianum*. §. *adipiſcendæ*. 3. *h. tit.*

Quando locum habet interdictum quorum bo-norum?

Reſp. Quando poſſeſſio eorum bonorum, quæ quis *pro herede* poſſidet vel *pro poſſeſſore*, bono-rum poſſeſſori, atque ei, qui heredis loco per *prætorem* eſt conſtitutus, reſtitui jubetur. *hic*, *verſ. quod appellatur*.

Quis dicitur pro herede poſſidere?

Reſp. Qui bona fide poſſidet putans ſe here-dem eſſe. *hic*, *verſ. pro herede*.

Quis dicitur pro poſſeſſore poſſidere?

Reſp. Qui mala fide ſciens ſe non eſſe here-dem poſſidet, atque ita nullo jure rem heredita-riam, vel etiam totam hereditatem ſciens ad ſe non pertinere detinet. *verſ. pro poſſeſſore. hic.*

Quid ſi quis ſemel nactus poſſeſſionem rei per hoc interdictum quorum bonorum, *poſtea eam amiſerit, an is quoque hoc interdictum habebit?*

Reſp.

Reſp. Imp. *hic, in verſ. Ideo.* ei qui ami poſſeſſionem inutile eſſe hoc interdictum *qu rum bonorum,* quia eſt *adipiſcendæ* poſſeſſioni ideoque ei tantum eſt utile, qui nunc primu conatur adipiſci rei poſſeſſionem: ei ergo q poſſeſſionem amiſit dabitur interdictum *unde v* quod eſt *recuperandæ* poſſeſſionis. §. 6. *infr. h.*

Quomodo differt hoc interdictum à petitione hereditatis?

Reſp. Quod *petitio hereditatis* de jure ac d minio eſt, ſed hoc *interdictum* de poſſeſſione.

Quod eſt interdictum Salvianum?

Reſp. Eſt, quo utitur dominus fundi ad po ſeſſionem rerum obtinendam, quas colonus e preſſe pro mercedibus fundi pignori obligavi *verſ. interdictum quoque.*

Cur dicis, rerum quas expreſſe obligavit colonus, non quas in prædium intulit?

Reſp. Quia ita jus eſt, ut *inquilini* quidem re in ædes conductas invectæ & illatæ, etiam ta cite pignoris jure pro mercedibus teneantur *coloni* vero non aliter quam ſi expreſſe conve nerit ut pignori eſſent: & hoc vult *Imp.* cun ait, *quas pignori futuras pepigiſſet*; quia hic ſu ficiunt fructus in fundo conducto nati, qui pr mercedibus tacite obligati ſunt domino eidem que locatori. *l.5. C. locat.* cum in ædibus nihi naſcatur. Atque ita intelligere debemus §. *item* 7. *verſ. Serviana. ſupr. de act.* qui alias videtu obſtare.

Quomodo hoc interdictum Salvianum, ab actione Serviana vel quaſi Serviana diſtinguitur?

Reſp. Hoc *interdictum* datur tantum ad poſſeſſionem rei oppigneratæ obtinendam; *actio*

vero

ero *Serviana* vel *quaſi* datur ad hoc, ut poſ-
ſſor pignoris, cum debitor non eſt ſolvendo, ompellatur vel ad hoc ut remittat pignus, at-
ue patiatur ex ejus diſtractione creditori ſa-
sfieri, aut ut debitum ſolvat pignore ſibi re-
rvato.

Sed quid opus fuit hoc interdicto, cum de iiſdem rebus competat actio Serviana?

Reſp. Quod in actione *Serviana* creditor pro-
ure debet rem, quam perſequitur, in bonis ebitoris fuiſſe: in hoc vero *interdicto* non eſt eceſſe rem in bonis debitoris fuiſſe, ſed tantum s in fundum illatas, tanquam coloni eſſent: aque hoc *interdictum* commodius eſt. *Moribus* men *noſtris* hujus *interdicti* perexiguus eſt uſus, um res à fundo amotæ ſequelam non habeant, iſi *arreſto* includantur. *Grot. lib.* 2. *par.* 48. 21. *Conſ. Bat. part.* 1. *conſ.* 196.

Quæ ſunt interdicta retinendæ poſſeſſionis?

Reſp. Quæ dantur inter eos, qui invicem de roprietate rei contendunt; nam ad hoc com-
arata ſunt, ut quis poſſeſſionem ſibi ſervet & ı ea non turbetur, quorum duæ ſpecies hic eferuntur, *uti poſſidetis* & *utrubi.* §. *retinendæ. h. tit.*

Cur hæc interdicta ſunt inventa?

Reſp. Ad ordinandum judicium *petitorium*; oc enim recte non poteſt inſtitui, niſi prius onſtet uter *actor*, uter *reus* ſit, & proinde, quis oſſideat: nam actio in rem datur contra poſ-
ſſorem; itaque propter commodum poſſeſſio-
is magnæ ſæpenumero oriuntur contentiones, leoque ne partes ad arma veniant, *prætor* eas oërcet reddito *interdicto*. *l.* 176. *ff. de R. I.* *erſ. namque. hic.*

Qua

Qua in re conſiſtit hoc commodum poſſeſſionis?

Reſp. Non ſolum quod is qui poſſidet fruct ex ea re percipit, atque etiam uſucapit, ſi a ſint omnia ad uſucapionem neceſſaria; veru etiam quod actore non probante poſſeſſor al ſolvitur, & in poſſeſſione ſua relinquitur, etiam res non ſit ipſius ſed alterius, ut hic, *in ver commodum.* unde ait regula juris, *in pari cau poſſeſſorem potiorem habendum eſſe. l.* 128. *ff.* R. I.

Quænam eſt inter hæc duo interdicta differentia

Reſp. Quod interdictum *uti poſſidetis* locu habet in rebus *immobilibus*, puta in *fundo* & *æd bus*; interdictum vero *utrubi* in rebus *mobil bus*; nam illa vetus differentia ſublata eſt, quo interdicto *uti poſſidetis* vincebat is qui tempo interdicti redditi, *utrubi* vero interdicto q majore parte anni nec *vi*, nec *clam*, *nec precar* ab adverſario poſſidebat, ut *hic, verſ. quoru vis.* hodie vero tempore *litis conteſtatæ. h verſ. hodie tamen.*

Quæ erat major pars anni?

Reſp. Majore parte anni dicebatur poſſide qui duobus tantum menſibus poſſederat, ſi m do adverſarius ejus aut paucioribus diebus a nullis poſſediſſet. *l.* 156. *ff. de verb. ſign.*

Quid eſt vi, vel clam, vel precario poſſidere?

Reſp. *Vi* poſſidere dicitur, qui vetere poſſe ſore expulſo occupatam per vim poſſeſſione tenet. *l.* 1. §. *vi poſſidere. ff. de vi. Clam*, q furtive ingreſſus eſt poſſeſſionem ignorante e cujus controverſiam metuebat, aut metuere de bebat. *l. clam.* 6. *ff. de acq. poſſ. Precario*, qui a aliquo precibus impetravit ut ſibi poſſidere lice ret. *l.* 1. *ff. de precar.*

Cu

Cur dicitur nec vi, nec clam, nec precario ab adverſario?

Reſp. Quia etiamſi quis quoad alios extraneos injuſte poſſideat, modo ne ab adverſario, ipſi non nocebit, quo minus in poſſeſſione relinquendus ſit, ut *hic, verſ. etiamſi alium.* nam ſi *Cajus* adverſarius dicat, *tu vitioſe poſſides à Titio,* poteſt reſpondere poſſeſſor, *quid hoc ad te Cai,* vel *quid tua intereſt, dum ne à te vitioſe poſſideam: inter Titium & me bene convenit.*

Cur Imp. in fine hujus. §. dicit litis conteſtatæ tempore, *cum prius dixerit,* interdicti tempore?

Reſp. Quia cum hodie loco interdictorum dentur actiones, in his, ut in quibuſlibet aliis, neceſſaria eſt *litis conteſtatio*; olim autem *interdicta* à *prætore* extra judicium reddebantur.

Quid eſt poſſeſſio?

Reſp. Eſt rei corporalis detentio.

Quotuplex eſt poſſeſſio?

Reſp. Duplex; alia *naturalis,* alia *civilis.*

Quænam eſt poſſeſsio naturalis?

Reſp. Quæ conſiſtit in ſola corporis detentione, & uſum ejus percipit.

Quænam eſt civilis poſſeſſio?

Reſp. Quæ ſic detinetur ut ſua ſit, atque animo domini, ſic per fructuarium poſſidemus.

Quænam ſunt in poſſeſſione notanda?

Reſp. Quod agitur de *poſſeſſione* vel *retinenda* & *conſervanda,* vel *acquirenda,* vel *amittenda.*

Quomodo poſſeſſio retinetur?

Reſp. Quod poſſidemus ac poſſeſſionem retinemus non ſolum per *noſmetipſos,* verum etiam

per *alios*, qui noſtro nomine in poſſeſſione ſunt ut per *colonos*, *inquilinos*, *commodatarios*, & *de poſitarios*, ut *hic* §. *poſſidere*. 5. hi enim non poſ ſident, ſed noſtro nomine ſunt in poſſeſſione.

An etiam ſolo animo retinere poſſumus poſ-ſeſſionem?

Reſp. Quod ſic; *hic*, *verſ. quin etiam*. *Ex. gr* ut retineam poſſeſſionem fundi vel ædium, no eſt opus ut ibi ſemper maneam & corpore in ſiſtam, licet enim inde diſcedam, ſi tamen ani mum habeam retinendæ poſſeſſionis, placui hoc ſufficere ad retinendam poſſeſſionem; faci lius ergo poſſeſſio retinetur, quam acquiritur.

Quomodo acquiritur poſſeſſio?

Reſp. Quod poſſeſſio non ſolum acquiritu per noſmetipſos, verum etiam per alios; ne ſolum per ſervos noſtros, verum etiam liber homines, ut ſupra dictum. *tit. per quas perſ.* qu etiam nos remittit *Imp. hic*, *verſ. adipiſci.*

An poſſeſſio ſolo animo acquiri poteſt?

Reſp. Quod non, quia acquiritur corpore & animo; *corpore*, id eſt, corporali apprehenſion rei: *animo*, id eſt, voluntate & affectione, quo rem poſſidere velimus. Hæc duo in acquirenc poſſeſſione concurrere oportet. *hic*, *in fin. ver nec ulla*. nam ſi dormienti, vel furioſo, in man aliquid ponas, corpus quidem adeſt, ſed abe animus; itaque poſſeſſio non acquiritur. *l.* 1. *fur. ff. de acq poſſ.*

An poſſeſſio amittitur animo?

Reſp. Quod non; Nam quemadmodum po ſeſſio acquiritur *animo* & *corpore*, ut ſtatim d ... ita eiſdem modis amittitur. *l.* 8. *ff. eo* ... *ff. de R. I.*

Quænam

Quænam ſunt interdicta recuperandæ poſſeſſionis?

Reſp. Quibus agitur ad recuperandam poſſeſſionem quam amiſimus, cujuſmodi eſt interdictum *unde vi*, de quo agitur §. *recuperandæ*. 6. *h. tit.*

Quid eſt interdictum unde vi?

Reſp. Quo petimus nobis reſtitui poſſeſſionem ei immobilis, unde vi dejecti ſumus, cum omni auſa damni dati.

Quæ eſt cauſa hujus interdicti?

Reſp. Si quis ex poſſeſſione fundi vel ædium i dejectus eſt. *hic, verſ. ſi quis.*

Quis dicitur dejici?

Reſp. Qui poſſidet; qui enim non poſſidet, ejici non poteſt. *l.* 1. §. *dejicitur. ff. de vi arm.* oſſidet autem, qui rem animo vel opinione ominantis tenet: non poſſidet, qui vel rem mnino non tenet, vel non tanquam dominus.

An non intereſt utrum aliquis juſte an vero injuſte poſſideat?

Reſp. Quod non: nam & prædo qui alium vi ejecit ſi ab alio dejiciatur, poſtea habet hoc *in-rdictum*, cum habeat rei detentionem cum afctu dominantis conjunctam. *verſ. licet. hic. l.* 1. *qui à me. ff. eod.*

Cur additur de poſſeſſione fundi vel ædium?

Reſp. Quia is dejici intelligitur, qui dejicitur ſolo aut rebus ſolo cohærentibus, puta de *ndo* aut *ædibus*; ita tantum ad res ſoli hoc inrdictum pertinet, ad cæteras res non pertinet amſi inde aliquis expellatur. finge aliquem trahi de *vehiculo*, aut de *nave* vi pelli, ille hoc terdicto uti non poteſt. *l.* 1. §. 1. & 3. *ſeqq.* *ff. h. t.*

ff. h. tit. quia non dicitur vi dejectus niſi in re-bus ſoli aut ſolo cohærentibus.

Quid eſt vis?

Reſp. Eſt majoris rei impetus cui reſiſti non poteſt.

Quotuplex eſt vis?

Reſp. Quadruplex: *Primo inquietans*, quando quis neque poſſidet, neque contendit ſe poſſi-dere; *Secundo turbans*, quando quis contendit ſe poſſidere; *Tertio ablativa*, quando alicui au-fertur poſſeſſio rei mobilis; *Quarto expulſiva* quando quis expellitur de poſſeſſione rei immo-bilis: loquitur autem *hic Imp.* de vi expulſiva.

Quis dicitur alium vi de poſſeſſione expellere?

Reſp. Quando aliquis coactis armatiſque ho-minibus alterum deturbat & expellit, quamvis illi armis uſi non ſint, ſufficit enim terror armo-rum. *l.* 3. §. *armis. &* §§. *ſeqq. ff. eod.*

Ad quid datur hoc interdictum?

Reſp. Ad reſtitutionem rerum, quarum poſ-ſeſſio alicui vi adempta eſt. *hic, verſ. per quod.*

Quid his rebus continetur?

Reſp. *Primum* res ſoli unde quis dejectus eſt; *deinde* res omnes mobiles, quas qui dejectus eſt ibi habuit cum dejiceretur: nam hoc interdi-ctum non pertinet ad res mobiles niſi per con-ſequentiam. *Ex. gr.* ſi veſtes per vim ablatæ ſint, non habeo hoc interdictum, quia veſtes ſunt res mobiles, ſed ſi dejectus ſum de poſſeſ-ſione prædii in quo habebam veſtimenta, & hac ratione etiam veſtimenta amiſerim, certe per hoc interdictum non ſolum recuperabo poſſeſ-ſionem prædii, ſed etiam habebitur ratio veſti-mentorum amiſſorum, quæ ibi in prædio fue-

ru

[ſ]unt. *d. l.* 1. §. *hoc.* 3. *hoc.* 3. §. *illud.* 6. *&* §. [ſ]*eq.*

An non eſt huic interdicto etiam aliquod affine remedium?

Reſp. Eſt ex conſtitutione *l. ſi quis in tantam. C. unde vi.* quod exprimitur *hic, verſ. ſed ex.* Nempe ut qui vi aliquem dejecerit, ſiquidem dominus eſt, non ſolum rem reſtituere debeat, verum etiam dominium ejus amittat; ſi vero dominus non eſt una cum re, etiam rei æſtimationem reſtituere cogatur, ut ſupra quoque dictum. §. 1. *vi bon. rapt.*

An non præter hoc interdictum ille qui vim intulit etiam criminaliter tenetur?

Reſp. Tenetur, puta lege *Julia* de *vi privata,* ut de *vi publica. hic, verſ. qui autem.*

Quando tenetur lege Julia de vi privata?

Reſp. Si vim fecerit ſine armis.

Quando lege Julia de vi publica?

Reſp. Si vim fecerit cum armis: nec una actio aliam extinguit cum tendunt ad diverſa, & una civilis ſit, altera *criminalis*; armorum autem appellatione quid contineatur explicatur *hic, in fine verſ. armorum.*

Quænam eſt tertia & ultima interdictorum diviſio?

Reſp. Quod quædam ſunt *ſimplicia,* quædam duplicia. §. *tertia.* 7. *h. tit.*

Quænam ſunt ſimplicia?

Reſp. In quibus alter *actor*, alter *reus* eſt; qualia ſunt omnia *reſtitutoria* aut *exhibitoria.*

Quænam ſunt duplicia?

Reſp. In quibus par utriuſque litigatoris eſt conditio,

conditio, nec quiſquam præcipue reus vel acto intelligitur; & hujus generis duo ſaltem ſunt interdicta, nempe *uti poſſidetis*, & *utrubi*.

Quiſnam eſt ordo & exitus interdictorum?

Reſp. De eo admonere videtur ſupervacuum nam *interdicta* reddebantur olim à *prætore* vivo ſed *hodie* non amplius *prætor* hoc facit, ſed hæ *ipſo jure* obtinent, etiam non adito *prætore*, it ut agat aliquis ex cauſa *interdicti*, quamvis ne *interdictum*, nec *actionem* à *prætore* impetrave rit; atque ita *hodie* interdicta naturam reliqua rum actionum habent, cum omnibus actionibu extra ordinem agatur. §. *ult. h. tit.*

Ad Tit. XVI.

De pœna temere Litigantium.

EXpoſitis *actionibus* tam *proprie* quam *impro prie* dictis, atque ita abſoluto tractatu d *objectis* juris *particularibus*, quæ ſunt *perſona res* & *actiones*; ultimo loco agitur de *objecto to tali*, id eſt, de *judiciis*, quæ cum partim ſin *privata*, partim *publica*, primo loco agit de *pri vatis judiciis*; de quibus duo conſiderantur, vi delicet *officium litigantium*, & *officium judicis*.

Qua in re conſiſtit officium litigantium?

Reſp. Ne remere litigent; ideoque in *hoc tit* aliquot litium minuendarum remedia afferuntur conſtitutis certis pœnis contra temere litigantes

Quot modis contingere poteſt ut aliquis temere litiget?

Reſp. Duobus modis; vel quia malam cau ſam fovet, vel quia bonam cauſam male perſe quitur; ideo duæ ſunt *hujus tit.* partes, in qua run

rum prima agitur de *pœnis* eorum qui malam cauſam habent.

Quænam illæ pœnæ ſunt?

Reſp. Tres: primo *jurisjurandi religio*, ſecundo *pœna pecuniaria*, tertio *infamia. pr. h. tit.*

Quid eſt jusjurandum calumniæ?

Reſp. Quo uterque litigantium religioſe affirmat, non ſe calumniandi animo litem intendere vel inficias ire, ſed bona fide & fiducia juris ſui. §. 1. *verſ. nam.*

An ergo judicio victus non ſit perjurus?

Reſp. Quod non; quia hoc jusjurandum non eſt *veritatis*, ſed *credulitatis*: nam jurat quiſque quod credat ſe *bona inſtantia* ad contradicendum venire, non quod vere res ita ſe habeat. *l. verſ. nam reus.*

Quænam ſunt hujus jurisjurandi capita?

Reſp. Hæc fere quinque: *primo*, quod putat ſe bona inſtantia uti; *ſecundo*, quod nullam in corruptela ſpem reponet; *tertio*, quod de controverſi facti ſerie interrogatus nunquam verum diſſimulabit; *quarto*, quod nulla probatione ſupervacua adverſarium oneraturus ſit; *quinto*, ſe nullas dilationes petiturum ad fatigandum judicii mora adverſarium. *l. 2. C. de jurejur. propt. cal. Nov.* 49. *cap.* 3. *Nov.* 124. *cap.* 1.

Quinam præſtant hoc jusjurandum?

Reſp. Primo *reus*; ſecundo, *actor*, *hic verſ. tem.* tertio *advocati utriuſque partis*, id eſt, tam *actoris* quam *rei*, antequam ad agendum vel defendendum admittantur, *hic verſ. utriuſque. Hodie* vero hoc jusjurandum ab *advocatis* non præſtatur in ſingulis cauſis, quoniam ab initio, cum in numerum advocatorum recipiuntur, ge-

neraliter de *calumnia* jurant, id eſt, ſe non de fenſuros cauſas quas putent eſſe injuſtas; quo etiam juramentum ſingulis annis in pleriſqu *Curiis* poſt ferias majores renovare tenentur *Inſtr. Cur. Holland. art.* 71. *Cur. Ultraject. ora tit. de adv. art:* 15.

Quomodo jusjurandum hoc eſt pæna?

Reſp. Juramentum hoc loco nihil aliud ei quam modus quo coërcentur litigatores, & hactenus eſt pœna, quatenus metu divini nu minis à *temere litigando* avocantur.

Quænam eſt pœna pecuniaria?

Reſp. Hæc pro varietate cauſæ varia eſt; nar *primum* verſatur in actionibus quibuſdam in qui bus inficiando lis creſcit, ut in actione *leg Aquiliæ*, & *legati ad pias cauſas. hic, verſ. a adverſus.*

Deinde etiam in aliis actionibus in quibu indiſtincte reus in plus condemnatur, ut i actione *furti manifeſti* & *nec manifeſti. hic, verſ ſtatim.*

Tertio, quod improbus litigator cogitur ad verſario ſuo potenti litis damnum præſtare & impenſas inferre. *hic, verſ. hæc autem.* quæ pœ na ſucceſſit in locum veteris calumniæ actioni per quam improbus actor condemnabatur in *de cimam* partem litis, quam ab initio repromiſe rat; quæ quidem primo in deſuetudinem abiit ſed poſtea in uſum revocata eſt *Nov.* 112. *cap.* 2

Quid eſt infamia?

Reſp. Eſt læſio exiſtimationis.

Quotuplex eſt?

Reſp. Duplex: vel *juris*, vel *facti.*

Quænam eſt infamia juris?

Reſp

Reſp. Quæ ex legis definitione deſcendit.

Quænam facti?

Reſp. Quæ deſcendit ex hominum opinione.

Quomodo infamia coercentur temere litigantes?

Reſp. Diverſimode pro varietate cauſæ; nam ex quibuſdam tantum cauſis infames fiunt per condemnationem, ex aliis tam per pactionem quam condemnationem: *Ex. gr.* condemnatus *depoſiti* eſt *infamis*, quia ob fidem ruptam damnatus eſt; pactus autem ne *depoſiti* conveniatur, non eſt infamis: ſed *fur* infamia notatur, ſive condemnatus ſit ſive pactus. plura alia exempla ſunt in contextu. §. *ex quibuſdam. 2. h. tit.*

Hæc de *prima parte tituli*; ſequitur *ſecunda pars* in qua agitur de pœna eorum, qui bonam cauſam male perſequuntur. Hic dantur *duo præcepta.*

Quod eſt primum præceptum?

Reſp. Quod ſi actor actionem aliquam inſtituere velit, quod ante omnia debet reum in *jus vocare*; quia in jus vocatio eſt principium omnium actionum inſtituendarum, adeòque *baſis & fundamentum* totius judicii ſive proceſſus. §. *omnium. ult. h. tit.*

Quæ eſt ratio cur in jus vocatio præcedere debeat?

Reſp. Quia *nemo inauditus condemnari debet*, neque *abſens*, niſi forte ſit *contumax*, & nemini præcludenda defenſio ſui quæ eſt *naturalis*; unde proverbium, *audi alteram partem.*

Quid eſt in jus vocare?

Reſp. Eſt ad eum vocare qui jus dicturus eſt, id eſt, ad prætorem, qui juri dicundo præeſt. *hic, verſ. utique.*

Quotuplex eſt in jus vocatio?

Reſp. Duplex: alia *verbalis*, alia *realis*.

Quænam eſt in jus vocatio verbalis?

Reſp. Quæ fit *verbis*, vel per *ſonitum campanæ*.

Quænam eſt realis?

Reſp. Quæ fit per *apprehenſionem* reĩ conventi

Quando hæc locum habet?

Reſp. Duobus caſibus: *primo*, quando reus conventus crimen commiſit; *ſecundo*, quando ſuſpectus eſt de fuga.

Quænam ſunt verbalis in jus vocationis requiſita?

Reſp. Hæc:

Primo, continere debet nomen *judicis* citantis.

Secundo, nomen & cognomen *rei* citandi.

Tertio, nomen & cognomen *actoris*.

Quarto, *cauſam* citationis, ut citatus venia inſtructus.

Quinto, *locum* judicii.

Sexto, *diem* & terminum comparitionis.

An hæc in jus vocatio eſt principium judicii?

Reſp. Cum diſtinctione: nam principium judicii inſtituendi eſt in jus *vocatio*; principium inſtituti *litis conteſtatio*; quod *Imp. hic* innuit cum ait, *in jus vocationem eſſe principium actionum inſtituendarum. hic, in pr.*

Quodnam eſt ſecundum præceptum?

Reſp. Quod ſi quis *parentes* vel alias perſonas, quibus *reverentia* debetur, in jus vocare velit, non aliter hoc facere poſſit, quam impetrata prius à *prætore* agendi venia, & qui ſecus fecerit *quinquaginta aureis* mulctatur. *hic, verſ. qua parte.*

parte. & ſi inopia laboret, caſtigatur. *l. ult. ff. de in jus voc.* unde vulgo dici ſolet: *qui non habet in ære, luat in pelle.*

AD TIT. XVII.

De Officio Judicis.

EXpoſito *officio* litigantium, ne temere litigent, conſequenter exponit *officium judicis. h. tit.*

Quis eſt judex?

Reſp. Vir bonus qui de cauſa cognoſcit, vel juriſdictioni præeſt.

Quod eſt ejus officium?

Reſp. Facere ea quæ *judici*, ut *judici*, facienda incumbunt.

Cur dicis, ut judici?

Reſp. Quia multa judici incumbere poſſunt, quæ tamen non pertinent ad ipſius *officium*, quia non incumbunt ut *judici*; puta *judices litigantibus dare, pupillis non habentibus tutores conſtituere.*

Quotuplex eſt ejus officium?

Reſp. Duplex: aliud *nobile*, aliud *mercenarium.*

Quod eſt judicis officium nobile?

Reſp. Cum judex extra ordinem pro cauſæ qualitate, non ex formula actionis, ſed ex æquitate jus dicit; ut in inquirendo & puniendo ſceleratos. *c. qualiter. 2. extr. de accuſ.*

Quod eſt mercenarium?

Reſp. Quod judicio per actionem moto inſervit, eique adhæret, & cum judex ex præſcripto actionis, aut legis jus dicit.

Unde

Unde dicitur mercenarium?

Reſp. *Metaphora* ab obſequio famulorum ducta; quemadmodum enim ille qui operam ſuam locat, *bona fide* & libens eam præſtat, nec alio modo quam dominus præſcribit, ita & *judex* in actionibus exercendis impertit *officium* ſuum ultro quidem, ſed non niſi ad normam actionis, eaque ceſſante, ceſſat officium. *l. ædiles*.25. §. *item ſciendum. ff. de ædil. edict.*

Quot modis hoc officium actionibus inſervit?

Reſp. Variis modis. *Primo* in judicii præparatoriis, puta decernendis *citationibus*, & *dilationibus*; *Deinde* in cognitione cauſarum *cœpto* jam *judicio*; *Tertio* in *definienda* controverſia per *ſententiam*.

De quo judicis officio agitur in hoc tit.?

Reſp. Agitur *hoc tit.* de *officio* judicis *mercenario*, quod actioni inſervit abſolvendo reum vel condemnando in id quod in judicium deductum fuit, non in aliud. *l.* 18. *ff. comm. divid.*

Quot modis hic *officium judicis conſideratur?*

Reſp. Duobus modis; vel *generaliter* quatenus pertinet ad quaſcunque actiones, vel *ſpecialiter* in ſingulis cauſis.

Quid dicendum de officio judicis in genere conſiderato?

Reſp. Vel illud verſatur in quæſtione *facti*, vel in quæſtione *juris*.

Quomodo judex in quæſtione juris verſari debet?

Reſp. Id docet *Imp. in pr. h. tit.* nimirum quod non aliter judicare debeat, quam *legibus*, aut *conſtitutionibus*, aut *moribus* proditum eſt; cæterum quia *judex* viva quoque atque animata

mata lex dicitur, ideo etiam æquitate quadam flectere verba legis poterit, ut ſententiam legiſlatoris veram aſſequatur. *l.* 8. *C. de jud.*

Quid ſi judex aliter fecerit, & contra jus judicaverit?

Reſp. Tunc dicitur facere litem *ſuam. ſupr. de obl. quæ ex quaſi del. naſc. in pr.* nam quamvis imperitus *juris* poſſit eſſe *judex*, quia tantum de *facti* quæſtione judicabat, ſecutus actionem, ſeu formulam à prætore præſcriptam, debet tamen in *juris* controverſiis uti conſilio juriſperitorum. *l.* 2. *ff. quod quiſque juris.* l. 6. *C. de juriſd. l.* 11. *C. de jud.*

Quot modis contingere poteſt, ut judex contra jus judicet?

Reſp. Duobus modis; vel enim judicat contra *jus conſtitutionis*, vel contra *jus partis*: *Ex. gr.* duobus modis contingere poteſt, ut judex ſententiam ferat pro teſtamento facto ab impubere, vel quia judicat impuberem poſſe facere teſtamentum, vel quia judicat hunc, qui teſtamentum facit, eſſe puberem, cum revera ſit impubes; *priori caſu* dicitur ſententia lata contra *jus conſtitutionis*, & ipſo jure non valet: *poſteriore* vero caſu ſententia tenet, niſi per appellationem reſcindatur. *l.* 1. §. *item cum. ff. quæ ſent. ſine appell.*

Quomodo judex ſe gerere debet in quæſtione facti?

Reſp. In his judex conformare ſententiam probationibus debet, ac judicare ſecundum ea quæ allegata & probata ſunt; non vero ſecundum conſcientiam, quam forte prætendere velit. *l. illicitas.* §. *veritas. ff. de off. præſ.*

Atque hæc de *judicis officio* in genere conſiderato; *Quale debet eſſe judicis officium in ſingulis cauſis?*

Reſp.

Reſp. Quod judex in ſingulis cauſis talem ſententiam ferre debet, qualis eſt cujuſque actionis natura & conditio; quod ex exemplis ſingularum actionum apparebit, quarum aliquot exempla in *hoc tit.* proponuntur.

Quod eſt primum exemplum?

Reſp. Primum exemplum eſt in actione *noxali.* §. *ideoque.* 1. *h. tit.*

Quomodo judex verſari debet in actione noxali?

Reſp. Hic datur unum præceptum: ut ſi judex condemnandum putet dominum ſervi delinquentis, eum condemnet in certam ſummam puta *decem*, aut *ſervum noxæ dedere.*

Cur hic judex ſententiam pronunciat alternative?

Reſp. Quia facultas noxæ dedendæ tributa eſt domino per *legem* XII. *Tabb.* qua cavetur, ut ſi dominus damnum præſtare nolit, noxæ dedendo ſervum liberetur, ut *ſupr. ad tit. de nox. act.* dictum eſt; quam facultatem non debet ei judex ſua ſententia adimere, ac ſic præciſe ad damnum faciendum condemnare.

An ergo judex ſemper hac formula uti debet?

Reſp. Quod hoc non eſt neceſſarium ut ſemper condemnet dominum in quantitatem certam, aut noxæ deditionem; nam etſi non debet prætermittere condemnationem certæ quantitatis, tamen poteſt omittere noxæ deditionem, quia hanc facultatem non habet dominus à judice, ſed ab ipſa lege. *l.* 6. §. 1. *ff. de re jud.*

Quod eſt ſecundum exemplum?

Reſp. Eſt in *actione reali*; eaque vel *ſpeciali* quæ vocatur *rei vindicatio*, vel *univerſali*, quæ vocatur *petitio hereditatis*, de quibus agitur § *& ſi.* 2. *h. tit.*

Quo

Quomodo judex judicare debet in rei vindicatione?

Reſp. Quod ſi contra *petitorem* judicet *abſolvere debet poſſeſſorem*; ſin vero *reum* condemnet, jubet *petitori rem reſtitui una cum fructibus*· & ſi contingat ut *poſſeſſor* neget ſe in præſenti reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione videbitur tempus petere reſtituendi cauſa, indulgendum eſt ei, ita tamen ut de *litis æſtimatione* per fidejuſſorem caveat. *hic, in pr.*

Quantum temporis reo eſt concedendum?

Reſp. Hoc judicis arbitrio committitur, qui pro ratione circumſtantiarum modo brevius, modo longius tempus conſtituet, cum id nulla lege ſit determinatum. *l.* 1. §. *ult. ff. de jure deliber.*

Quomodo judex ſe gerere debet in petitione hereditatis?

Reſp. Hic jubebit *malæ fidei poſſeſſorem*, hereditatem cum iis fructibus, quos percepit aut percipere potuit, reſtituere; *bonæ* vero *fidei poſſeſsorem* hos ſolum fructus, quos à tempore *litis conteſtatæ* percepit, aut ſua culpa non percepit, aut perceptos conſumpſit: ratio eſt, quia poſt *litem conteſtatam* omnes ſunt malæ fidei poſſeſſores; ſi quos vero fructus ante *litem conteſtatam*, aut non percepit, aut perceptos conſumpſit, de iis non tenetur. *hic, verſ. & ſi hereditas.*

Eſtne differentia, quoad fructus, inter petitionem hereditatis, & rei vindicationem?

Reſp. Eſt; *Primo* quia in *rei vindicatione* non veniunt fructus percepti ante litem conteſtatam, niſi nominatim petiti ſint. *l. præterea.* 20. *ff. de rei vind.* in petitione autem hereditatis etiam hi fructus non petiti veniunt, quoniam hereditatem

tatem augent. *l. item veniunt.* 20. §. *item non.* 3. *ff. de pet. hered.* *Secundo*, quia fructus percepti poſt *litem conteſtatam* in rei vindicationem veniunt non *jure actionis*, ſed *officio judicis.* *l. neque.* 15. *ff. de uſur.* quia poſtquam fructus ſunt ſeparati, non amplius ſunt pars rei, ſed tunc duntaxat cum ſunt pendentes. *l. fructus.* 44. *ff. de rei vind.* In *petitionem* autem *hereditatis* omnes fructus etiam à ſolo ſeparati veniunt jure actionis, quia, ut dixi, *fructibus augetur hereditas*; & ideo. *hic, verſ. illorum.* dicitur, *quod in utraque actione eadem pene ratio habetur.*

Quodnam eſt tertium exemplum?

Reſp. Eſt in *actione ad exhibendum.*

Quomodo judex ſe gerere debet in actione ad exhibendum?

Reſp. Hoc docet *Imp. in* §. *ſi ad.* 3. *h. tit.* ubi dat tres regulas.

Quæ eſt prima regula?

Reſp. Quod *judex* curare debet non ſolum ut res *exhibeatur* ab eo, cum quo actum eſt, ſed etiam ut exhibeatur cum *ſua cauſa*, hoc eſt, cum omni intereſſe & eo quod habiturus eſſet actor, ſi cum primum ad exhibendum egiſſet, hoc eſt tempore *litis conteſtatæ* res exhibita fuiſſet; quare omnium fructuum medii temporis, quod eſt inter *rem judicatam* & *litem conteſtatam*, judex rationem habebit. *hic, in pr.*

Quænam eſt ſecunda regula?

Reſp. Quod res *exhibenda* eſt *in præſenti*, ſiquidem reus facultatem rei exhibendæ habeat. ſi vero non habeat, tunc reo petenti *ſine fruſtratione*, id eſt, ex juſta cauſa judex dilationem concedere debet, dummodo ſatiſdet de *re reſtituenda*, id eſt, exhibenda. *hic, verſ. quod ſi neget.*

Quæ-

Quænam eſt tertia regula?

Reſp. Quod qui juſſui, hoc eſt, interlocutioni judicis non obtemperat, hoc eſt, nec rem exhibet, nec ſe exhibiturum cavet, condemnandus eſt, æſtimatione officio judicis facta, in id quod actoris intereſt. *hic, verſ. quod ſi.*

Quodnam eſt quartum exemplum?

Reſp. Eſt in tribus duplicibus judiciis, vid. *familiæ erciſcundæ, communi dividundo, finium regundorum.*

Quodnam eſt judicis officium in judicio familiæ erciſcundæ?

Reſp. Duplex; vel enim verſatur circa *diviſionem* rerum hereditariarum, vel circa *præſtationes perſonales.*

Quomodo verſatur officium judicis circa diviſionem rerum hereditariarum?

Reſp. Quod ſi plures ſint res hereditariæ ſingulæ ſingulis heredibus adjudicentur, & ſi cui melior attributa fuerit, is alteri in certam pecuniæ ſummam condemnandus erit. *hic, in pr.* §. *ſi.* 4. *& verſ. et ſi.*

Quomodo verſatur officium judicis circa præſtationes perſonales?

Reſp. Hoc fit in variis cauſis; puta cum unus heres ſolus fructus ex rebus hereditariis percepit, *hic verſ. eo quoque.* aut ſolus dolo & culpa rem hereditariam corrupit, aut conſumpſit; curabit *judex* ut hæc omnia inter coheredes præſtentur ac reputentur.

Quodnam eſt officium judicis in actione communi dividundo?

Reſp. Quod hic etiam ejus officium in duobus verſatur, ſcil. in *adjudicationibus* & *condemnationibus.* *Quo-*

Quomodo hoc ſit?

Reſp. Hic diſtinguendi ſunt tres caſus.

Quis eſt primus caſus?

Reſp. Cum de pluribus rebus dividundis agitur: hoc caſu ait *Imp. hic in pr.* §. *eadem.* 5. eadem obtinere quæ in judicio *familiæ erciſcundæ*; proinde ſingulæ res ſingulis litigantibus adjudicandæ ſunt, & ſi unius res ſit pretioſior, is cæteris in pecuniam eſt condemnandus.

Quiſnam eſt ſecundus caſus?

Reſp. Cum agitur de una re, quæ commode in partes dividi poteſt, veluti *de fundo*; tunc enim partes ſingulis ſunt adjudicandæ, & ſiquidem unius pars prægravari videbitur, is invicem certa pecunia alteri condemnandus eſt. *hic, verſ. quod ſi &c.*

Quiſnam eſt tertius caſus?

Reſp. Cum res non poteſt dividi, vel quia commodam diviſionem non recipit, ut *fundus vectigalis, ædes nimis anguſtæ*, vel quia nullam, ut *ſervus, equus, navis &c.* hoc caſu omiſſa diviſione res uni adjudicanda eſt, & is invicem alteri in pecuniam damnandus. *hic, verſ. quod ſi commode. l.* 3. *C. eod.*

Quodnam eſt officium judicis in judicio finium regundorum?

Reſp. Hoc etiam duplex eſt, ut in ſuperioribus; vel enim verſatur circa *rem*, vel circa *præſtationes perſonales.*

Quomodo verſatur circa rem?

Reſp. Si veteres fines probari poſſint, eos reſtituet; ſi vero confuſi fuerint aut non ſatis diſtincti, eos diſtingui faciet; ſi vero nullo modo appareant, tunc novi dirigendi ſunt. §. *ſi finium.* 6. *h. tit.*

Quomodo

Quomodo verſatur officium judicis circa præſtationes perſonales?

Reſp. Id contingit variis caſibus: *Primo* ſi propter fines ex alterius agro certam partem alteri adjudicaverit, is invicem in certam pecuniam alteri condemnandus eſt. *hic, verſ. nam tunc. Secundo,* ſi quis quid circa fines deliquit, puta *lapides finales eruerit*, aut *arbores finales exciderit. hic, verſ. eo quoque.* hoc caſu datur actio de *termino moto,* de cujus pœna *l. 1. cum duab. ſeqq. ff. de term. mot. Tertio,* ob contumaciam, ſi quis non admiſerit agrimenſorem à judice miſſum. *hic, verſ. contumaciæ.* quo caſu contra eum in litem juratur.

Quis eſt effectus adjudicationis?

Reſp. *Tranſlatio dominii*; ſtatim enim is cui res adjudicata eſt fit dominus. §. *ult. h. tit.*

Atqui nemo poteſt plus juris in alium transferre quam ipſe habet. l. nemo. 54. ff. de R. J. *cum ergo judex non ſit dominus, nec alium facere poteſt?*

Reſp. Judex non ex *ſua perſona* quid transfert, ſed *poteſtate* & *vi legis,* & ratione *officii publici.*

Cur additur, ſtatim?

Reſp. Quia hic non requiritur *traditio*; cum ipſa lex judici hanc poteſtatem dederit, ut per adjudicationem dominium transferre poſſit, non obſtante *l.* 20. *C. de pact.*

AD TIT. XVIII.

De Publicis Judiciis.

A Judiciis *privatis* tranſit ad *publica,* de quibus agitur *hoc tit.*

Quot

Quot modis accipiuntur judicia publica?

Reſp. Duobus modis; quandoque *latius* ut complectantur etiam judicia *popularia. l.* 30. §. *in popularibus.* 3. *ff. de jurejur.* quandoque *anguſtius*, ut diſtinguantur à judiciis *popularibus*, ut hæc poſterior ſignificatio ſumi hoc loco debet.

Quomodo diſtinguuntur judicia popularia & publica?

Reſp. Non, quemadmodum *Cujacius* putat, quod *popularia* ſint *civilia*, *publica criminalia*, ſed quod *popularia* ſunt *prætoria*, *publica civilia*; *Proprie* namque *publica judicia* dicuntur, quæ legibus publicorum judiciorum ſunt conſtituta, ut lege *Julia de adulteriis*, lege *Cornelia de falſis*, *&c.* quamvis enim harum legum pœnæ ſint mutatæ, tamen ipſæ leges retentæ ſunt, iiſque attribuuntur pœnæ quæ ſunt conſtitutionibus Principum introductæ.

Cur ſeorſim hic agitur de privatis actionibus & publicis judiciis?

Reſp. Quia hæc judicia nihil commune habent cum privatis, cum differant maxime in duobus, *primo* in inſtituendo, *deinde* in exercendo. *pr. h. tit.*

Quomodo differunt in inſtituendo?

Reſp. Quod judicia privata inſtituuntur per *actiones*: judicia vero publica tribus modis, vel per *accuſationem*, vel per *denunciationem*, vel per *inquiſitionem. Cap. qualiter.* 24. *verſ. contra quos. extr. de accuſ. Cap. licet.* 31. *verſ. contra quos. extr. de ſim.*

Quid eſt accuſatio?

Reſp. Eſt criminis ad judicem delatio, & executio vindictæ publicæ cauſa facta; differt enim *accuſatio* à *delatione*, ut totum à parte.

Quid

Quid eſt denunciatio?

Reſp. Eſt criminis & delinquentis apud judicem delatio ſine inſcriptione. *c. ſuper his.* 16. *extr. de accuſ.* cujus finis eſt, ut judex in denunciatum inquirat, & in convictum animadvertat. *Damhoud. prax. crim. cap.* 6. *num.* 13. *in fin.*

Quid eſt inquiſitio?

Reſp. Qua judex competens ex officio quærit, an vel qui ſint delinquentes. *Damhoud. d. libr. cap.* 8 *in pr.*

Quotuplex eſt inquiſitio?

Reſp. Triplex: Primo *generalis*, qua magiſtratus quærit an ſint latrones vel alii facinoroſi in civitate vel territorio. *l. congruit.* 13. *ff. de off. præſ.* Ut in *Gallia* facit *le prevoſt des mareſchaux*, id eſt, latrunculator, in *Hollandia prætor*, vulgo Schout, vel illi qui *Baillivi* vocantur.

Secundo eſt *inquiſitio ſpecialis* in perſonam denunciatam vel de aliquo crimine diffamatam. *Damboud. d. tr. cap.* 8. *n.* 9.

Tertio eſt *inquiſitio media*, cum admiſſo aliquo magno crimine, puta *homicidio*, judex ex officio inquirit, ut delinquentem deprehendat, puta examinans habitantes in eo vico in quo quis eſt interfectus; hæc inquiſitio eſt *ſpecialis* reſpectu criminis, quia de uno crimine quæritur quod eſt admiſſum, & *generalis* reſpectu perſonarum, quia non eſt aliqua certa perſona ſuſpecta, in quam inquiritur. *Damhouder. ibid. n.* 16. Hodie *moribus noſtris* licet cuilibet crimen denunciare; *accuſare* vero tantum *officiario publico*, qui publicam ex crimine vindictam ſolus perſequitur, cum cæteri privatum tantummodo intereſſe perſequantur. *Zyp. not. jur. Belg. Cod. qui accuſar. non poſſunt*, *Groeneweg. ibid.*

Quid

Quid ſunt publica judicia, & unde dicuntur?

Reſp. A *populo*, quaſi *populica*; quia cuivis è populo executio eorum plerunque datur. §. 1. *h. tit.*

Quid intelligis per executionem?

Reſp. Accuſationem ſeu perſecutionem quæ eſt propria actoris ſeu accuſatoris *l. juriſgentium.* 7. §. *ſi paciſcar.* 14. *ff. de pact.* alias executio locum habet poſt *rem judicatam*, & tribuitur executori, qui rem judicatam ad effectum perducit.

Cur adjicitur particula plerunque?

Reſp. Quia hæc regula non caret exceptione; quidam enim judicio publico accuſare prohibentur. *l. qui accuſare.* 8. *& l. ſeq. ff. de accuſ.*

Quomodo dividuntur judicia publica?

Reſp. Quod alia ſunt *capitalia*, alia *non capitalia.* §. *publicorum.* 2. *h. tit.*

Quot modis dicuntur capitalia?

Reſp. Duobus modis, vel *ſtricte* vel *late.*

Quænam dicuntur capitalia ſtricte?

Reſp. Quando caput eximitur è numero viventium; quod fit quando alicui irrogatur pœna *ſanguinis*, id eſt, mortis. *l.* 1. *ff. de bon. eor. qui mort.*

Quænam dicuntur capitalia late?

Reſp. Quando caput eximitur è numero *civium Rom.* quod fit vel *morte*, vel *maxima capitis deminutione*, ut damnatione in metallum, vel *media capitis deminutione*, ut deportatione.

Quænam dicuntur non capitalia?

Reſp. Cum damnati caput non eximitur è *civitate Romana*, ſed è numero honeſtorum hominum;

minum; nimirum cum alicui *infamia* irrogatur cum damno *pecuniario*, ſupple vel *corporali coërcitione*, ut *fuſtigatione. l. 2. ff. h. tit.* Hinc duo ſequuntur: *Primo* quod non ſemper honor vitæ æquiparatur, nam alias omnia judicia *publica* eſſent *capitalia*; *Secundo*, quod omnia judicia *publica* infamiam irrogant.

Sequuntur duodecim *exempla* judiciorum publicorum.

Quod eſt primum exemplum?

Reſp. Eſt crimen *læſæ majeſtatis*, quod vindicatur lege *Julia*. §. *publica*. 3. *h. tit.*

Quid eſt majeſtas?

Reſp. Eſt magnitudo quædam *pop. Rom.* vel *Principis*, in ejus poteſtate & jure retinendo, verțiturque in imperio, atque omni *pop. Rom.* dignitate, quam qui violat, crimen *majeſtatis* admiſiſſe dicitur: unde *Cicero* 2. *de inventione* dicit, *Majeſtatem minuere, eſt de dignitate, amplitudine, aut poteſtate populi, aut eorum quibus populus poteſtatem dedit, derogare.*

Quotuplex eſt hoc crimen majeſtatis?

Reſp. Duplex; vel *perduellio*, vel in ſpecie crimen *læſæ Majeſtatis*.

Quid eſt perduellio?

Reſp. Cum quis hoſtili animo adverſus *remp.* ſe gerit; vel cum quis quid hoſtile contra *remp.* vel *Imperatorem*, qui habet *majeſtatem*, molitus eſt.

Suntne in hoc crimine aliquot ſingularia?

Reſp. Hic duo ſingularia in contextu recenſentur: *Primo*, quod in hoc crimine puniatur affectus, licet non ſit ſecutus effectus. *l. 5. C. ad l. Jul. Majeſt.* cum alias cogitationis pœnam *nemo*

mo patiatur. *l.* 18. *ff. de pœn.* idcirco *Imp.* in contextu ait, *non eos ſolum puniri qui facinus perpetrarunt, ſed qui aliquid moliti ſunt. Secundo,* quod ſi delinquens ante ſententiam mortuus ſit, ejus *memoria* damnatur, & bona confiſcantur; cum alias delicta morte delinquentium extinguantur, nec heredes in crimen ſuccedant. *tot. tit. C. ſi reus vel accuſator mortuus fuerit.*

Quod eſt crimen læſæ majeſtatis in ſpecie?

Reſp. Quando *majeſtas* læditur per conſequentiam; veluti cum quis illud ſibi arrogat quod tantum pertinet ad *remp.* vel *Imperatorem*; ut ſi quis *privatos carceres* habeat, *falſam monetam cudat, &c.*

Quænam eſt hujus criminis pœna?

Reſp. Generaliter hoc crimen *capite* punitur, ut *hic, verſ. cujus.* quod ad modum autem hujus capitalis pœnæ infligendæ, *mores* variant. *Jure Rom.* honeſtiores *gladio* feriuntur. *Hodie* autem frequentius viri ſecantur in partes locis patulis ſuſpendendas. Apud *Venetos* laqueo necantur. Apud *Gallos* quatuor equis in diverſa actis laniantur. Sunt etiam aliæ *ſpeciales* pœnæ expreſſæ in *l.* 5. *in pr. &* §. 1. *& aliquot ſeqq. C. eod.*

Quod eſt ſecundum exemplum?

Reſp. Eſt crimen *adulterii*; quod vindicatur lege *Julia.* §. *item lex.* 4. *h. tit.*

Quot crimina hac lege comprehenſa & vindicatæ fuerunt?

Reſp. Tria; nimirum *adulterium, ſtuprum* in virginem vel viduam honeſte viventem, & *pædicatio* ſive *pæderaſtia*: quæ tria etiam hic indicat *Imp.*

Quid eſt adulterium?

Reſp.

Reſp. Eſt *alieni tori violatio*; dictum enim eſt *adulterium* quaſi ad alterum, ſive alterius *torum* acceſſio, & ideo proprie committitur in *nuptam*, ut *hic*, ubi *Imp. adulteros* vocat *temeratores alienarum nuptiarum.*

Quid eſt ſtuprum?

Reſp. Eſt *corruptio* virginis aut viduæ honeſtæ. *l.* 101. *ff. de V. S.*

Quid eſt pædicatio?

Reſp. Eſt *corruptio* pueri, ſive nefaria libido cum maſculis, quam *Sodomiam* vocant.

Quænam eſt pœna adulterii?

Reſp. Jure *divino* eſt ultimum ſupplicium; quam pœnam conſtitutiones *Imp.* ſequuntur. *hic, & l.* 30. *verſ. ſacrilegos. C. ad l. Jul. de adult.* Sed hæc pœna in deſuetudinem abiit; nam *Johannes Faber* magni nominis *ICtus* olim dixit, ſecundum *Franciæ* mores adulteria non puniri. *Thuan. hiſt. l.* 33. *Moribus* eſt *mulcta* pecuniaria cum *infamia.*

Quænam eſt pœna ſtupri?

Reſp. Stupri pœna ex lege *Julia* eſt *publicatio* dimidiæ partis bonorum, ſi *ſtuprator* honeſtus ſit; ſin vero *humilis*, coërcitio corporis cum *relegatione. hic, verſ. pœnam autem. Moribus* tamen *noſtris* jubetur *ſtuprator* vitiatam aut ducere aut dotare; *ſumptus* quoque puerperii, & *alimenta* ex eo coitu natis præſtare debet. *Radelant. deciſ.* 96. *n.* 5. *Neoſtad. Supr. Cur. deciſ.* 52. *in pr. Sande lib.* 2. *tit.* 1 *def.* 10. Hæc ita in virgine; cæterum ſi quis *viduam* ſine vi ſtupraverit, non tenetur. *Sande d. loco.*

Quænam eſt pœna Sodomiæ?

Reſp. Ex lege *Julia* eſt pœna gladii. *hic, verſ.*

ſed & eos. l. 31. *C. de adult. Moribus* vero eſt *pœna ignis*, & aliquando *laquei. Clarus lib.* 5 *ſent.* §. *Sodomia. n.* 4. *Groenewég. hic.*

Quod eſt tertium exemplum?

Reſp. Eſt *homicidium*, quod vindicatur lege *Cornelia* de *ſicariis*. §. *item lex.* 5. *h. tit.*

Quid eſt homicidium?

Reſp. Eſt quælibet violenta hominis exanimatio, dolo malo facta.

Cur dicis dolo malo facta?

Reſp. Quia ſi quis non *dolo malo*, ſed alia ex *cauſa* occiderit, non *ordinaria* hujus legis *pœna* afficitur, ſed *extra ordinem* coërcetur. *l.* 4. *ff. ad l. Corn. de ſicar.*

Quotuplex eſt homicidium?

Reſp. Quadruplex; ſcil. *doloſum*, *culpoſum*, *caſuale*, & *neceſſarium*, quorum ſolum *doloſum* hac *lege* punitur.

Quid ſi quis non quidem hominem occiderit, ſed hominis occidendi cauſa cum telo ambulet?

Reſp. Hunc etiam ut *homicidam* puniendum; quod tamen ita accipiendum, modo conatus aliquis acceſſerit: alias enim *cogitationis pœnam nemo patitur. l.* 18. *ff. de pœn.*

Quid teli appellatione ſignificatur?

Reſp. Quicquid in longinquum jacitur, à *Græca* voce τηλȣ̃, quæ ſignificat *procul* ſeu *longe*; itaque hac appellatione non ſolum *ſagittæ* & *gladius*, verum etiam *lignum*, & *lapis*, & *ferrum* continetur. *hic, verſ. telum.*

Quinam ſunt venefici?

Reſp. Qui vetitis artibus, aut ſuſurris magicis aut

aut venenis homines occidunt, aut venena mala vendunt. *hic, verſ. eadem lege.*

Quænam eſt pœna legis Corneliæ de ſicariis?

Reſp. Hac lege irrogari pœnam *gladii*, non ut *lata*, ſed ut *correcta* fuit, *hic in pr.* Quod & *mores* noſtri etiam *hodie* ſequuntur.

Quod eſt quartum exemplum?

Reſp. Eſt crimen *parricidii*, quod vindicatur lege *Pompeja* de *parricidiis. hic, §. alia. 6.*

Quot modis accipitur parricidium?

Reſp. Duobus modis: vel *late*, vel *ſtricte*; *late* pro quolibet homicidio, *ſtricte* pro cæde parentum & liberorum, quæ ſignificatio ſola huc pertinet.

Quot caſibus hoc crimen committitur?

Reſp. Multis caſibus: *Primo*, in parentes; *Secundo*, in liberos; *Tertio*, in tranſverſales, puta *fratrem, ſororem, patruum, amitam, avunculum, materteram*; *Quarto*, in virum & uxorem; *Quinto*, in aliquem ex affinibus, puta *ſocerum, ſocrum, generum, nurum, privignum, privignam*: *hic, & l. unic. C. de his qui par. vel liber. occid.*

An ille tantum hac lege tenetur qui parricidium commiſit, an vero etiam qui conſcius fuit?

Reſp. Quod non ille ſolum *hac lege* tenetur, qui *patrem* aut *filium* occidit, verum etiam qui cujus criminis conſcius fuit. *hic, verſ. nec non* 1. Unde habemus *caſum* quo aliquis gravius punitur ſi conſcius ſit, quam ſi ipſe crimen committit; etenim ſi extraneus *Titium* occiderit, eſt *homicida*, & punitur lege *Cornelia de ſicariis*; ſin autem *filio patrem* occidente, ſit conſcius criminis, eſt *parricida*, & punitur lege *Pompeja de parricidiis.*

Quænam eſt hujus legis pœna?

Reſp. Parricida inſutus *culeo*, cum *cane*, quia eſt animal invidum, *gallo gallinaceo*, quia eſt animal ſuperbiſſimum neminem reſpiciens, & *vipera*, quod animal humano generi eſt infenſiſſimum, & *ſimia*, quia parricida magis homini ſimilis eſt quam vere homo, vel in *vicinum mare* vel in *flumen* projicitur, ut omnium elementorum uſu vivus careat, & ipſi *cœlum* ſuperſtiti, *terra mortuo* auferatur. *hic, verſ. & neque. Cic. orat. pro Roſ. Amerino.*

Quod eſt quintum exemplum?

Reſp. Eſt crimen *falſi*, quod vindicatur lege *Cornelia de falſis. §. item lex. 7. h. tit.*

Quid eſt falſum?

Reſp. Falſum eſt immutatio veritatis dolo malo facta in damnum alterius.

Cur dicis immutatio veritatis?

Reſp. Quia nihil magis contrarium eſt juſtitiæ & veritati, quæ anima eſt reip., quam falſum, & mendacium.

Cur dicis, in damnum alterius dolo malo facta?

Reſp. Quia non omnis immutatio veritatis falſi crimen incurrit, ſed ea quæ gravior improbiorque eſt, atque in damnum & detrimentum alterius vergit. *l. 23. ff. h. tit.* eſt enim quædam veri immutatio ita levis, ut infra legum animadverſionem ſit.

In quibus rebus falſum committitur?

Reſp. In multis, adeo ut nihil ſit in vita humana frequentius; nam vel *teſtamenta*, vel *ratiocinia*, vel *inſtrumenta*, *ſigilla*, *pondera*, *menſuræ*, *teſtimonia*, & *chirographa*, *reſcripta*, vel *nummi*, vel mutando, vel immutando, vel abſtrahendo

ſtrahendo, ſupprimendoque corrumpuntur. *l.* 1. *&* 16. *ff. h. tit.*

Quot modis falſum committitur?

Reſp. Variis, qui tamen ad duos generales referri poſſunt; aut enim veritas tantum celatur, ut ſuppreſſis *tabulis teſtamenti*, aut etiam *falſo* quid confictum proponitur, ut *falſum injuramentum. l.* 16. §. *ult. ff. h. tit.* hic autem *Imp.* tantum agit de *falſo* quod in teſtamento vel alio inſtrumento committitur; unde & *lex Cornelia Teſtamentaria* appellatur.

Quiſnam hoc crimine tenetur?

Reſp. Qui *teſtamentum* vel aliud *inſtrumentum* falſum ſcripſerit, ſignaverit, recitaverit, ſigno adulterino ſciens uſus fuerit, *&c. hic, verſ. pœnam.*

Quænam eſt hujus legis pœna?

Reſp. In *ſervos* eſt ultimum ſupplicium, in *liberos* vero deportatio. *hic, verſ. ejuſque. Moribus noſtris* pœna hujus criminis eſt *arbitraria* pro ratione delicti, & fere vel *exilio ſolo*, vel cum *fuſtigatione* punitur *falſarius. Zyp. Not. Jur. C. h. tit. Groeneweg. hic.*

Quodnam eſt ſextum exemplum?

Reſp. Eſt crimen *vis publicæ vel privatæ.* quod vindicatur *lege Julia. hic* §. *item lex.* 8. *h. t.*

Quid eſt vis?

Reſp. Eſt majoris rei impetus cui reſiſti non poteſt.

Quid eſt vis publica?

Reſp. Quæ fit cum armis.

Quænam eſt vis privata?

Reſp. Quæ fit ſine armis.

Quænam eſt hujus legis pœna?

Reſp. *Vis publicæ* pœna eſt *deportatio*, *vis privatæ*, tertiæ partis bonorum *publicatio* cum *infamia*. *hic*, *verſ. ſed ſi.*

Quid eſt raptus?

Reſp. Cum honeſta mulier aut virgo improbe aut vi abducitur. *hic*, *verſ. ſin autem.*

Quænam eſt hujus criminis pœna?

Reſp. Hujus criminis pœna eſt *ultimum ſupplicium*, cum omnium bonorum *confiſcatione*; quod etiam *moribus* verum eſt in *raptu violento*, alias mitigatur.

Quodnam eſt ſeptimum exemplum?

Reſp. Eſt crimen *peculatus*, quod vindicatur lege *Julia*. §. *item*. 9. *h. tit.*

Quid eſt peculatus?

Reſp. Eſt *furtum* pecuniæ publicæ, aut ſacræ, aut religioſæ, non ab eo factum cujus periculo fuit. *hic*, & *l.* 9. §. *Labeo. ff. ad l. Jul. pecul.*

Quænam eſt hujus criminis pœna?

Reſp. Olim tantum erat pœna *quadrupli. l.6.* §. *ult. l. pen. ff. eod.* poſtea vero introducta eſt *aquæ & ignis interdictio*, ut *hic*, *in fin.* & *l.* 3. *ff. eod.* Excipiuntur *judices*, id eſt, *magiſtratus* qui tempore adminiſtrationis ſuæ publicas pecunias ſubtraxerunt, hi enim *capite* puniuntur. *l. unic. C. de crim. peculat.* unde *verſ. ſed ſi quidem*, hic totus fere eſt deſumptus.

Quodnam eſt octavum exemplum?

Reſp. Eſt *plagium*, quod vindicatur lege *Fabia*, *vel Favia*. §. *eſt* &. 10. *h. tit.*

Quid eſt plagium?

Reſp. Eſt fraudulenta ſuppreſſio liberi hominis, vel ſervi alieni, ut ſi quis liberum ſciens

emat,

emat, vel *donet*, vel aliud quid circa hominem *dolo malo* fecerit.

Quænam eſt hujus criminis pœna?

Reſp. Olim fuit pecuniaria. *l.ult. ff.ad l.Fab. de plag.* poſtea vero ex conſtitutionibus *capitalis* eſſe cœpit. *l. ult. C. eod.* Quod & *mores* ſequuntur in iis qui ſolent hoc crimen committere. *Clar.* §. *fin. quæſt.* 66. *verſ. plagiarius. Groeneweg. hic.*

Quod eſt nonum exemplum?

Reſp. Eſt crimen *ambitus*, quod vindicatur lege *Julia*. §. *ſunt præterea.* 11. *h. tit.*

Quinam hoc crimen committunt?

Reſp. Qui illicito modo, ut *data pecunia*, honores vel magiſtratus ambiunt. *l. unic ff. h. tit.*

Quænam eſt hujus criminis pœna?

Reſp. Olim quidem fuit *deportatio*. *l. unic. C. eod.* hodie vero eſt *arbitraria*. *Groeneweg. hic.*

Quodnam eſt decimum exemplum?

Reſp. Eſt crimen *repetundarum*, quod etiam lege *Julia* vindicatur. *eod.* §. 11. *h. tit.*

Qui tenentur hac lege?

Reſp. Qui cum *officio publico* fungerentur, aliquid acceperunt, quo magis, vel quo minus *officium* facerent. *l.* 1. *ff. ad l. Jul. rep.*

Quænam eſt pœna?

Reſp. Aliquando in *quadruplum*. *l.* 1. *C. eod.* aliquando *extra ordinem* puniuntur, modo gravius, modo levius, ita ut quandoque *ultimo ſupplicio* afficiantur. *l.* 7. §. *ult. ff. h. tit.*

Quodnam eſt undecimum exemplum?

Reſp. Eſt crimen *annonæ*, quod vindicatur lege *Julia* de *annona. eod.* §. 11. *h. tit.*

Quiſnam hac lege tenetur?

Reſp. Qui *annonam* flagellavit, id eſt, qui aliquid fecit quo annona carior eſſet.

Quæ eſt pœna?

Reſp. Ordinaria eſt 20. *aureorum*, ſed plerumque *extra ordinem* puniuntur. *l.* 2. *in fin. ff. ad l. Juliam de annona. l.* 6. *ff. de extraor.crim.*

Quodnam eſt duodecimum & ultimum exemplum?

Reſp. Eſt crimen *reſiduorum*, quod vindicatur eadem lege *Julia. eod.* §. 11. *h. tit.*

Quiſnam hac lege tenetur.

Reſp. Qui pecuniam publicam ſibi in aliquem uſum tributam, retinuit, nec in eum uſum conſumpſit.

Quænam eſt pœna?

Reſp. Ut tertia parte, quam debet reus, amplius ſolvere cogatur, *l.* 4. §. 5. *ff. ad l. Jul. pecul.* id eſt, non ſolum reſtituere teneatur eam pecuniam, quam accepit, ſed & inſuper tertiam ejus quantitatis partem: *Ex. gr.* aliquis ex *centum* acceptis impendit *ſeptuaginta*, *triginta* retinuit, hic non tantum tenetur reddere *triginta*, ſed inſuper tertiam partem, id eſt, *decem*, atque ita reſtituet *quadraginta*.

Hactenus ſummatim & quaſi per *indicem* expoſuimus *crimina* & *judicia publica*; ſi quis vero exactiorem notitiam deſideret, eam ex *Pandectis & Codice* petere poteſt, ubi omnia latius & plenius explicantur.

FINIS.

INDEX TITULORUM

Inſtitutionum juris, eorumque brevis & ſuccincta continuatio memoriæ ergo, ex textu & interpretibus deprompta.

LIBER I.
Hujus examinis.

PRincipio fundamentum ponit generale totius *a juris*, ex quo, quæcunque jura tractantur & oriuntur, & viciſſim collimant, ad *a juſtitiam* nimirum; unde ipſum jus conſtat, cujus ſpecies recte titulus ſecundus recenſet, quod ſit *b naturale, gentium, & civile, &c.* Generali juris fundamento poſito, ad ea tendit Imperator, circa quæ jus verſatur: primo circa *c perſonas*, quarum gratia totum jus habetur, quas deinde dividit primo ratione conditionis externæ. Et quia natura omnes ſumus liberi & *d ingenui*, itaque has præmittit: deinde quomodo ex ſervitute liberati *e libertinorum* jure gaudeant. Quia vero ex ſervitute liberare ſervos ſuos non ſemper prohibitum, nec cuivis integrum erat: itaque *f cauſas probibentes manumittere* proponit: ne tamen cauſas quiſque ſibi fingat, ob quas libertatem præcludere vellet ſervis bene meritis: itaque *g lex Fuſia Caninia ſublata* eſt. Deinde aliam diviſionem ſubjungit ratio-

a Tit. 1. p. 1.
b tit. 2. p. 6.
c t. 3. p. 12.
d t. 4. p. 13.
e t. 5. p. 14.
f t. 6. p. 15.
g t. 7. p. 16.

ne juris, quod quiſque dictarum perſonarum, habet: ſuntque aliæ
h t. 8. p. 17. [h] *ſui juris*, qui non ſunt ſubjecti dominorum vel parentum pote-
i t. 9. p. 18. ſtati: alii ſub [i] *patria poteſtate*. Ut autem ſciamus unde ſit patria poteſtas, & omnia jura, quæ ſint ex patria poteſtate: itaque cauſam ſubjungit, primo naturalem,
k t. 10. p. 20. [k] *nuptias* nimirum legitimas: de-
l t. 11. p. 27. inde civilem, [l] *adoptionem*. Quia
m t. 12. p. 29. vero [m] *jus patriæ poteſtatis* aliquando præter mortem civilem, deportationem, relegationem, dignitatem, &c. morte naturali ante annos pubertatis parentis [m] *tollitur*: itaque impuberes ſub pote-
n t. 13. p. 31. ſtate [n] *tutelæ* rediguntur. Mortem
o t. 14. p. 33. perſentiſcens, aliquando [o] *tutores teſtamento* filiis proponit, illoſque quos leges non prohibent: reliqui dari teſtamento non poſſunt.
p t. 15. p. 35. Ratione ſanguinis vero [p] *legitima tutela agnatis* primo competit, quam adminiſtrare te-
q t. 16. p. 36. nentur, niſi per [q] *capitis deminutionem* minus admittantur. Non autem tantum ingenuorum liberis, ſed etiam libertinorum Impera-
r t. 17. p. 37. tor proſpicit, quibus [r] *patronos tutores* præponit. Imo etiam eman-
ſ t. 18. p. 38. cipatorum liberis [ſ] *parentes tutores* conſtituuntur, ſique parentes non extant, quia in emancipatis jus cognationis ſublatum eſt, fratribus
t t. 19. p. 39. [t] *fiduciaria tutela* defertur. Sique legitimi & teſtamentarii tutores

deficiant:

deficiant: Romæ olim dabatur *u tutor*, à prætore, qui *u Attilianus* à P. Attilio autore ſic dictus eſt. Horum omnium *x tutorum* maxima eſt *x autoritas*, ut nihil ſine conſenſu tutorum actum valeat; donec *y z tutela finita* ſit, cujus tempus, & modus ſubjicitur. Quia vero ſæpe accidit, ut majores ob aliquem morbum, vel aliam cauſam rebus ſuis præeſſe non poſſint, itaque dantur his *a curatores*, qui omnes *b ſatiſdare* coguntur, ne res pupillorum diminuantur, vel damnum accipiant. Aliquando autem qui non vult onus tutelæ ſuſcipere, *c excuſatione* debita declinare poteſt, qui vero fide bona non adminiſtrat tutelam, *d ſuſpectus* removetur.

u t. 20. p. 40.
x t. 21. p. 42.
y z t. 22. p. 44.
a t. 23. p. 45.
b t. 24. p. 47.
c t. 25. p. 49.
d t. 26. p. 52.

LIBER II. hujus examinis.

POſtquam in primo libro perſonarum jura ordine & methodice diſpoſuit, ad res tranſit, quas in primo titulo *a diſtinguit* & earum *dominii acquirendi modum* de jure gentium & civili præſcribit. Quarum rerum ut jura commodius intelligantur, proxime aliam diviſionem ſubjungit: *b res corporales & incorporales* eſſe, ubi his jura rebus adhærentia intelligit: ſuntque *c ſervitutes in ruſticis & urbanis prædiis*, quæ primum intelligendæ ſint, antequam meditemur, quem uſumfructum ex rebus corporalibus percipere poſſimus.

a Tit. 1. p. 55.
b t. 2. p. 70.
c t. 3. p. 72.

mus. Hinc illis recte ſubjicitur
d t. 4. p. 76. d *uſusfructus* rerum acquiſitarum,
e t. 5. p. 80. à quibus tamen nudus e *uſus & habitatio* diſtincta ſit. Quia aliquando dominia & proprietates acqui-
f t. 6. p. 82. runtur f *præſcriptionibus*: itaque de his ordine agitur. Non vero dominia ſunt perpetua, ſed non
g t. 7. p. 86. raro cum aliis modis, tum g *donatione* transferuntur. Non omni-
h t. 8. p. 89. bus autem h *alienare* res ſuas con-
i t. 9. p. 92. ceſſum: itaque i *quibus* hoc *ſit permiſſum vel non* non ſine ratione
k t. 10. p. 96. ſubjicitur. Hæ k *res omnes & per nos & per alios acquiruntur*: quod non ignorandum, ſæpe etiam non
l t. 11. p. 100. acquiruntur, ſed l *teſtamento* relinquuntur poſſidenda cum paganorum, tum l *militum*, niſi aliquis
m t. 12. p. 104. m *prohibetur condere teſtamenta*. Qui vero teſtamentum facit; ut
n t. 13. p. 108. ſit legitimum, vel n *exheredare*,
o t. 14. p. 112. vel o *heredes inſtituere*, p *vulgari-*
p t. 15. p. 120. *ter aut* q *pupillariter ſubſtituere* te-
q t. 16. p. 124.
r t. 17. p. 128. netur, tunc enim ſubſiſtit r *teſtamentum*, niſi *infirmetur* propter *capitis deminutionem*, vel *alios modos*, utpote ſi ſit contra amorem natu-
ſ t. 18. p. 132. ralem ſ *inofficioſum*. Quia heredum inſtituendorum differentia magna
t t. 19. p. 134. eſt, non ignorandum, t *quales* ſint *heredes*. Teſtator relicturus teſtamento bona ſua cauſa pietatis, vel
u t. 20. p. 137. alia, u *legare* aliis quicquam poteſt: ſed etiam voluntate ambulatoria, uſque ad mortem diverſa
x t. 21. p. 152. viciſſim x *adimi* poſſunt. Ut au-

tem

tem intelligamus, quatenus teſtator legare poſſit: non ut olim omnia bona ſed partem; itaque qualis illa ſit *y z lege Falcidia* de- y z t. 22. p. 153.
claratur. Ut conſuleret autem teſtator, cui optime vellet, nec tamen heredem directe inſtituere poſſet, *a fidei* ulterius inſtituti *com-* a t. 23. p. 156.
mittebat olim hereditatem alteri reſtituendam, ſive *univerſaliter*, ſive *b particulariter in ſingulis re-* b t. 24. p. 163.
bus. Hæc omnia quæ in legitimo teſtamento valent, etiam in *c codi-* c t. 25. p. 165.
cillis legitimis de jure locum habent, quibus ultimam libri ſecundi manum imponit Imperator.

NON vero teſtamento tantum relinquuntur, ſed *a ab* LIBER III. hujus examinis.
inteſtato deferuntur, itaque modus a T. 1. p. 168.
eorum monſtratur, & ordo ſucceſſionis, deſcendentium & aſcendentium primo dandi *b legitima* b t. 2. p. 175.
agnatorum ſucceſſione, niſi extent matres, quæ *c SCto Tertulliano* ad c t. 3. p. 176.
filiorum ſucceſſionem admittuntur: ut etiam contra filii matri *d SCto Orphitiano* ſuccedunt. His d t. 4. p. ead.
annectit proxime *e cognatorum ſuc-* e t. 5. p. 177.
ceſſionem: ut autem ſciam ordinem, *f gradus cognationis* recte addun- f t. 6. p. ead.
tur. Non liberi tantum, ſed & *g ſer-* g t. 7. p. 179.
vi cognationem habent, imo etiam, *h libertus ſuccedit* per patronum, h t. 8. p. 180.
qui bona liberis ſuis *i adſignare*, & i t. 9. p. 181.
declarare poteſt, quem velit eſſe patronum liberto. Hæc bonorum

acquiſitio civilis nobis relinqui-
k t. 10. p. ead. tur, quin & prætoria per [k] *poſſeſ-ſionem bonorum* non raro acqui-
l t. 11. p. 186. runtur, imo etiam ſi quis [l] *arroget* aliquem, *bona ejus ſibi acquirit*. Sin vero deſcendens nimis ære alieno
m t. 12. p. ead. oneratus ſervos reliquit, qui [m] *adi-bant hereditatem, libertatem acci-*
n t. 13. p. 187. *piebant*: itaque [n] *ſublati ſunt modi* antiqui: *ubi creditor in debitoris bona*, quando non comparebat, *per venditionem mittebatur*. Cum autem noſtra nobis non ſemper bona poſſidere poſſimus: ſed cum aliis vivamus, aliorum commercio uti-
o t. 14. p. 188. mur. Itaque aliis [o] *obligati* ſimus,
p t. 15. p. 190. ſive ut [p] *re ipſa* mutuum, commodatum demus, deponamus aliquid,
q t. 16. p. 197. &c. ſive [q] *verbis ſtipulemur, & promittamus* quod præſtare tene-
r t. 17. p. 200. mur idque vel *ſoli*, [r] *vel cum aliis*: neque liberi homines tantum, ſed
ſ t. 18. p. 202. etiam [ſ] *ſervi ſtipulari* poſſunt, quæ
t t. 19. p. 203. [t] *ſtipulationes* cum ſint *variæ*, *eorum genera* cognoſcenda ſunt. Non
u t. 20. p. 204. autem [u] *ſtipulationes* ſemper obligant, ſed aliquando ſunt *inutiles*. Nec tenentur illi tantum, qui promittunt & ſtipulantur, ſed etiam
x t. 21. p. 211. qui [x] *fidejubent*, & fidem ſuam pro alio interponunt. Neque ver-
y t. 22. p. 215. bis tantum, ſed & [y] *literis* & [z] *con-*
z t. 23. p. 216. *ſenſu* fit obligatio, in [a] *emptione &*
a t. 24. p. ead. *venditione*, ubi ad transferendum
b t. 25. p. 222. dominium: in [b] *locatione & conductione*, ubi reſervato nobis dominio obligamur, ſive ſoli contra-

himus,

himus, ſive in *c ſocietatem* com- c t. 26. p. 227.
merciorum conſentiamus; ſive ipſi
agamus, ſive alteri *d mandemus*, d t. 27. p. 236.
tunc etiam obligatio non ex con-
ſenſu contractuum, ſed etiam
e quaſi contractuum oritur, ubi ne- e t. 28. p. 247.
gotia alterius geramus. Et oritur
non per nos tantum: ſed etiam
f per alios obligamur. Quæ tamen f t. 29. p. 256.
g obligatio re impleta & præſtita, g t. 30. p. 259.
& *aliis modis tollitur.*

NEC obligamur tantum aliis LIBER IV. hujus examinis.
commerciis in rebus ad vi-
tam neceſſariis, ad præſtandam fi-
dem: verum multo maxime ad
pœnam *a obligati* ſumus *ex delicto* a t. 1. p. 271.
& maleficio, quando contra jus
b bona alicujus *rapimus vi* & vio- b t. 2. p. 287.
lentia. Si contra *c legem Aquiliam*, c t. 3. p. 289.
doloſe vel fortuito, homines vel
pecudes lædamus, vel quocunque
modo: aut verbis vel re *d injuriam* d t. 4. p. 296.
alicui inferamus, ſive ex quacun-
que alia cauſa, *e ex quaſi delicto* e t. 5. p. 301.
aliis obligamur. Ex his omnibus,
quæ à principio dicta ſunt, *f actio-* f t. 6. p. 304.
nes oriuntur infinita ferme varie-
tate diverſæ, ſive ex his quæ li-
beri homines agant, ſive *g qui in* g t. 7. p. 384.
aliena poteſtate ſint, negotium ge-
rant, ſive aliquid committant,
unde *h noxalis actio* oriatur; quin- h t. 8. p. 398.
etiam nobis *i ex pecudibus & qua-* i t. 9. p. 401.
drupedibus actio oritur. In his a-
ctionibus non nos ſemper, ſed
etiam *k per alios agere poſſumus*; k t. 10. p. 403.

ita

ita tamen, quia litis eventus dubius, ne ſint partes de damno præ-
l t. 11. p. 405. ſtando incertæ, [l] ut *ſatiſdent*, ſive
m t. 12. p. 411. id in [m] *perpetuis, ſive temporalibus actionibus*. Quia autem actores non ſemper juſtam cauſam actionis
n t. 13. p. 414. habent; itaque datur reo [n] *exceptio*; imo exceptioni injuſtæ & ini-
o t. 14. p. 422. quæ [o] *replicatio* ſuccurrit. Litibus
p t. 15. p. 426. vero præſcindendis [p] *interdicta*
q t. 16. p. 438. prætorum occurrunt: imo [q] *pœna temere litigantibus* præſcribitur, &
r t. 17. p. 443. irrogatur [r] *officio judicis*, quod in certis caſibus, & actionibus quale ſit, & quomodo exerceatur, monſtratur; enormibus vero delictis
ſ t. 18. p. 451. [ſ] *publico judicio* pœna decernitur.

INDEX
Titulorum
ALPHABETICUS.

A.

DE Acquiſitione per Adrogationem. pag. 186.
Actionibus. 304.
Ademptione Legatorum, & tranſlatione. 152.
Adoptionibus. 27.
Aſſignatione Libertorum. 181.
Attiliano Tutore, & eo qui ex Lege Julia & Titia dabatur. 40.
Auctoritate Tutorum. 42.

B.

Bonorum Poſſeſſionibus. 181.

C.

Capitis deminutione. 36.
Codicillis. 163.
Cui, & quibus ex cauſis manumittere non licet. 15.
Curatoribus. 45.

D.

Diviſione Stipulationum. 203.
Donationibus. 86.
Duobus reis Stipulandi & promittendi. 200.

E.

Emptione & venditione. 216.
Eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur. 186.
Exceptionibus. 414.
Excuſationibus Tutorum, & Curatorum. 49.
Exheredatione Liberorum. 108.

Fidei-

F.

Fideicommiſſariis hereditatibus,& ad SCtum Trebellianum. 156.
Fidejuſſoribus. 211.
Fiduciaria Tutela. 39.

G.

Gradibus Cognationis. 177.

H.

Heredibus inſtituendis. 112.
Hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. 168.
Heredum qualitate & differentia. 134.
His qui ſui, vel alieni ſunt juris. 17.
His per quos agere poſſumus. 403.

I.

Ingenuis. 13.
Injuriis. 296.
Inofficioſo Teſtamento. 132.
Interdictis. 426.
Inutilibus Stipulationibus. 204.
Iis per quos agere poſſumus. 403.
Jure naturali, Gentium & Civili. 6.
Jure perſonarum. 12.
Juſtitia & Jure. 1.

L.

Legatis. 137.
Lege Aquilia. 289.
Lege Falcidia. 153
Lege Fuſia Caninia tollenda. 16.
Legitima adgnatorum ſucceſſione. 175.
Legitima adgnatorum tutela. 35.
Legitima parentum tutela. 38.
Legitima patronorum tutela. 37.
Libertinis. 14.
Literarum obligatione. 215.
Locatione & conductione. 222.

M.

Mandato. 236.
Militari teſtamento. 100.

N.

Noxalibus actionibus. 398.
Nuptiis. 20.

O.

Obligationibus. 188.
Obligationibus ex conſenſu. 216.
Obligationibus, quæ ex quaſi contractu naſcuntur. 247.
Obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur. 271.
Obligationibus,quæ quaſi ex delicto naſcuntur. 301.
Officio Judicis. 443.

P.

Patria poteſtate. 18.
Perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad heredes & in heredes tranſeunt. 411.
Per quas perſonas cuique acquiritur. 92.
Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur. 256.
Pœna temere litigantium. 438.
Publicis judiciis. 451.
Pupillari ſubſtitutione. 124.

Q.

Qui, vide Cui.
Qui teſtamento Tutores dari poſſunt. 33.
Quibus alienare licet,vel non licet. 89.
Quibus modis jus patriæ poteſtatis ſolvitur. 29.
Quibus modis re contrahitur obligatio. 190.
Quibus modis teſtamenta infirmantur. 128.
Quibus modis tollitur obligatio. 259.
Quibus modis tutela finitur. 44.
Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. 104.
Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur. 384.

R.

Rebus corporalibus & incorporalibus. 70.

Repli-

Replicationibus. 422.
Rerum diviſione & acquirendo earum Dominio. 55.

S.

Satiſdatione Tutorum & Curatorum. 47.
Satiſdationibus. 405.
SC. Orficiano. Alii Orphitiano. 176.
SC. Tertulliano. 176.
Servili cognatione. 179.
Servitutibus prædiorum. 72.
Singulis rebus per fideicommiſſum relictis. 163.
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. 401.
Societate. 227.
Stipulatione ſervorum. 202.
Succeſſione cognatorum. 177.
Succeſſione Libertorum. 180.
Succeſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditionem & ex SC. Claudiano. 187.
Suſpectis Tutoribus vel Curatoribus. 52.

T.

Teſtamentis ordinandis. 96.
Teſtamento Militari. 100.
Tutelis. 31.

V.

Verborum obligationibus. 197.
Vi bonorum raptorum. 287.
Uſucapionibus, & longi temporis præſcriptionibus. 82.
Uſu & habitatione. 80.
Uſufructu. 76.
Vulgari ſubſtitutione. 120.

FINIS.

EMENDANDA.

Pag. 4. lin. 13. leg. *quandocunque.* p. 84. lin. 14. l. *uſucapere.* p. 147. lin. 7. l. *legatum.* p. 158. lin. 12. *conſideranda.* p. 178. lin. 13. *ſed.* p. 313. lin. 9. *actionum.* p. 350. lin. 6. *quadruplum.*